Hscēditq; angel⁹ d⁹. Aug⁹. Et ascēdit ag̃el⁹ dñi sup clautios mō. La. II tē. Scriptor hoc nomie appellauit locū: qz postea scripsit. Q̃ enī angelus domini sup cū ascēdit: nōdū sic vocabat: a plozatiōe ei nomen accepit que grece clautinos dr. Jbi enī pl⁹us fleuit cū audisset ab angelo vba domini vindicātis ī eos q̃ iobediētes fuissent: qz nō exterminauerūt pl⁹os ℔m p̄ ceptū eius q̃bus pualuerūt: eligētes eos tributarios facere q̃ p dere: sicut dñs iusserat. Q̃ sine stēpto dei mādato siue timore fecerint (ne hostes ītra se acrī⁹ pugnarēt p salute obtinēda: q̃ tributo ñ vādo) sine dubio peccauerūt: vl spernēdo dei p̄ceptū: vl nō p̄sumendo q̃ eos posset q̃ p̄eparat adiuuare. Q̃ ideo p iesū noluit eis dicere: si tū adhuc eo viuēte iā fieri p̄eparat. non potuis p̄occupando memoratū fuerat: q̃ illo mortuo fieri cepit: qz ℔ omnib⁹ voluit exprobrare p ag̃elū. Nōdū aūt oēs id fecerant viuēte iesu: tū aliq̃ forte iā cepe/rant: credibile est tū nihil rale incepisse viuēte iesu tanq̃ terraz sub illo tenuisse filios israel: q̃rū eis ad cōsedēdum sufficeret q̃uis in sozibus suis haberēt vnde crescendo t̄ qualescēdo aduersarios extermīarēt. Proinde post mortē iesu: post q̃ pualuerūt maluerūt habere tributarios ℔m volūtatē suā q̃ p dere ℔m volūtatem dei. Jdeo ad illos corripiēdos angel⁹ missus est. Q̃ vero memoratū est in libro iesu magis puto p̄occupatū q̃ post mortē suā factū: vl futurū ipe nouerat ꝓphetico spiritu: si ab illo liber script⁹ est: q̃ appellat iesus nauē: vl si ab illo iā factū esse sciebat post mortē iesu qō ibi p̄occupādo memoranit. b Quāobrē nolui delere. Augusti. Jntelligim⁹ q̃dā ex ira dei venire peccatat: vt dij gentiū inter quas nō extermiatas israelite habitare voluerūt essent eis in scādalū. i. facerēt eos scādaliçari in deo suo: eo q̃ offenso viuere indignās cōminat⁹ est deus qō manifestū e magnū esse pctm̃. c Dimisit ergo iosue. Hoc p recapitulatiōnē iterat. Mā t mos iesu naue in hoc libro memorat: vt tā q̃ ab exordio breuit cuncta insinuent ex quo dedit eis dñs terrā: t quō sub iudicibus vixerint: vel que ppessi sunt: t iterū redit ad iudicū ordinē ab eo q̃ primus est ꝓstimtus. d Seruiērq; dño. Adamā. Et fuiuit pl⁹us dño oīb⁹ dieb⁹ iesu: t omnibus diebus senio⁹ eo⁹ q̃ lōgioꝝ diez fuerūt post iesum. Sciēdū est qz quisq; sibi p̄stat vt in bonis diebus sit aut in malis t habeat dies iesu vel iusto⁹ aut ipio⁹. Si enī intelligam⁹ lumē vez qō illuminat oēm hominē veniētē in hūc mūdū: t p̄beam⁹ ei aīas nr̄as ad illuminandū: aut si oriaī nobis sol iusticie: t illuminet mūdū aīe nr̄e: habem⁹ dies iesu rp̄i dies salutis. Si q̃s vero receperit lucē q̃ extinguit cōtraria veritati t ab ea illuminatus fuerit: habebit dies ℨ malos: t ñ erit ī dieb⁹ iesu sed in dieb⁹ manasse vl pharaōis vl cuiuslibet pessimi: Veniq; i dieb⁹ achaz regis pessimi nō potuit Esaias videre dñm sabaoth sedē/tē sup thronū excels⁹: ℨ mortuo rege nequā cui⁹ erāt dies mali: vidit visionem dei. Cū aūt dr in scripturis dies illi⁹ vl illi⁹ nō significat tp̃s vite ipōrū. Nōd: oriē in dieb⁹ ei⁹ iusticia: t multitudo pacis: vel vsq; quo extollat luna. Q̃ si accipim⁹: qz in dieb⁹ q̃b⁹ saluator mozabat in terris dies erāt iusticie t pacis: quō ꝓbabim⁹ dies iusticie t pacis ortos esse: bis q̃ cū crucifigerēt: t aduersum ei⁹ nō receperūt. Aut quō multitudo gētiū in dieb⁹ ei⁹ fuit apō eos q̃ cū in mozte malis criminib⁹ tradiderūt. Quō bi dies pacis t iusticie habuerūt: in q̃rū mētib⁹ tenebre imq̃tatis t furozis versabant. Veniq; qz nō sūt nūc dies illi: nō oriē iusticia nec multitudo pac⁹ rp̃i apō fideles. Magis g̃ q̃sq; ex quersatiōe vite dies sibi imq̃tatis t belli: vl iusticie t pacis acq̃rit. vñ: timentib⁹ nomē meū: oriet sol iusticie vt faciat eis. s. dies iusticie: dies iesu. De ip̄is aūt dr: qz occidit eis sol iusticie: in q̃b⁹. s. iusticia domut t tenebre imq̃tat⁹ oriunt: t alibi ecōtrario. Pax multa diligētib⁹ nomē tuū: t nō est illis scādalū. hūt t impij lucē suam: ex q̃ oz unā eis dies mali. Vñ: lux inst⁹ semp: lux aūt ip̄io⁹ extinguet. Nescio si tā iepte q̃s itelligat: vt puter eē aliquā substātialē lucē: aliā q̃ ip̄io⁹ dicatur t aliā q̃ inst⁹: qō fieri si pōt. Una est enī lux mūdi a deo facta q̃ oīb⁹ cōiter t equaliter lucet. Sed sciēdū est q̃ aīa nr̄a: aut vero lumie illumiāt qō nō extinguitur: id est christ⁹. aut si non habet in se hoc lumen eternum: temporali t extinguibili illuminatur. s. ab illo qui transfigurat se in angelum lucis: t falsa luce illumina: coz peccatoris vt videantur ei vera bona esse que caduca sunt: hoc lumine illuminantur qui summū bonum voluptatem dicunt: qui diuitias honores seculi t terrenā gloriā quasi eternā querunt. Sunt ergo isti in diebus lucis eius qui extinguitur. Quecunq; enī agunt vel cupiunt extinguentur: ℔ lumine Marcion illuminat⁹ deū legis iustū sed non bonum dicit. Sunt ergo dies iesu de quibus dicitur: Seruiut populus domino omnibus diebus iesu. Qui enim habet in se dies iesu seruit domino. Non enim potest seruire ḡabulo aut auaricie. Nec potest fieri vt qui illuminatur lumine veritatis seruiat mendacio. Oremus ergo vt christus qui est lux vera semper faciat in nobis dies bonos ne vnq̃ ḡabulo illumiante habeamus dies malos. de quibus dicitur: Re

Hscēditq; angelus dñi. Hic La. II cōsequēter describit trāsgressiōis rep̄/hensio: t dicit hebrei q̃ iste angel⁹ fuit phines. Tū quia angel⁹ interp̄tat nuncius. ipe aūt fuit missus a deo ad arguendū pl⁹m de trāsgressione mandator⁹ ei⁹ eo mō qui sequitur. Tū ḡa hebrei dicūt ip̄m fuisse angelū sic in corpore humano assūpto apparentē sicut dictū fuit Jesue. ij. Expositores aūt catholici dicunt q̃ nō fuit phines: sed angelus a deo specialiter missus: t p̄ videt veri⁹: qz q̃ phines fuerit ag̃el⁹: falsum t fictū videt: ḡa scriptura vbiq; de eo loquit sicut de homie puro t mortali. Q̃ aūt ille q̃ apparuit hic fuerit hō pur⁹ falsū videt vt magis appareat ꝓ sequentibus. Accendū igit q̃ iste fuit angelus specialiter a deo missus: ad rep̄/hendendū filios isr̄l de trāsgressionib⁹ suis t apparuit sic q̃ eius apparitio fuit nota ꝓplo. Et ꝑmo apparuit in galgalis: vbi filij israel fuerunt circūcisi post trāsitū iordanis: vt habet Jo/sue. v. t inde trāstulit se ad aliū locū q̃ dr locus flentiū p annā/tionē: qz sic vocat⁹ est locus ille: ex ℔ q̃ pul⁹ post reprehensionē angeli ibi fleuit postea dicit: b Et ait: Eduxi vos d egypto t̄c Ex ℔ patet q̃ fuit vere angel⁹: qz loq̃tur in ꝑsona dei sicut angel⁹ loquebat⁹ mo⁹ si. q̃ aūt homies sci t ꝓphete denunciabāt mandatū dei cōmuniter p̄emittebant. Hec dicit dñs: vl aliq̃d cōsimile: qō nō fecit ille: ℨ absolute dixit: Eduxi vos de egypto. t ꝓpter hoc angelus sic loquēs aliq̃n de⁹: aliquis angel⁹ nomiat: vt dictū fuit Exo. iij. ca. Eduxit autē dūtaxat: qz ꝓmissiōes dei de bono futuro intelligēde sūt sub cōditiōe si homines fidelit⁹ seruiēt deo. c Et non feritis fed⁹ t̄c. vt habet Jud. xxiij. t Deu. vij. d Et noluistis audire vocē meā: vt pater ex dict⁹ ca. p̄cēd. e Ut habeatis hostes t̄c. li vt nō teneāt hi causaliter ℨ securitate tñ: qz ex ℔ q̃ filij israel trāsgressi sūt p̄ceptū dñi: ꝓsecuti est illos manu sup eos. f Jmmolauerūtq; ibi hostias dño. ex ℔ etiā apparet q̃ fuit vere angel⁹ domini ille qui apparuit ibi: qz ex quo fuit fixum tabernaculū dñi in sylo: nō erat licitū filiis israel offerre hostias alibi: vt dictū fuit Josue. xxij. nisi ex speciali reuelatiōe diuina vel apparitiōe angelica: sic manue obtulit sacrificiū q̃n angel⁹ sibi apparuit: vt habet. j. ca. g Dimisit g̃ iosue. Hic ꝓpter pōt mā/terie hui⁹ libri breuis ꝓlibatio. vbi ꝑmo ponitur federis pl⁹i ad deū p iosue renouatio. secūdo renouati trāsgressio: ibi: Et surrexerūt. tertio trāsgressionis punitio: ibi: Fratresq; dñs. q̃rto punitionis sublenatio: ibi: Suscitauitq; dñs

a † Scēditq; angel⁹ dñi de galgalis ad locum flentium: t ait: Eduxi vos de egypto: t introduxi in terrā ꝓ qua iuraui patrib⁹ vr̄is: t pollicitus sū vt nō facerē irritū pactū meū vobiscū in sempiternū: ita dūtaxat vt nō feriretis fed⁹ cū habitatoribus terre hui⁹ t aras eoz subuerteretis: t noluistis audire vocē meā. Cur b fecistis? b Quāobrē nolui delere eos a facie vr̄a: vt habeatis hostes: t dij eoz̄ sint vobis in ruinā. Cunq; loquerēt angel⁹ dñi hec verba ad oēs filios israel: eleuauerunt vocē suā t fleuerunt. Et vocatū est nomē loci illius locus flētū sue lachrymaꝝ: immolauerūtq; ibi hostias dño. Dimisit ergo iosue populū t abierunt filij isr̄l vnusq̃sq; ī possessionē suā vt ob

a ℨ Beat⁹ qui fuit dño in dieb⁹ iesu q̃ ℔bo t sapiētia ei⁹ illuiat: q̃ ꝓceptis ei⁹ et doctrina illuminatur. ℨ Bene placentes.

b tinerēt eaz: seruieruntq; domio

dimētes tempus qñ dies mali sunt. Etiam similiter secūdū malum ℨm apl̃m.

Seruierūtq; domino t̄c. Seruiuitq; pl⁹us domino oībus diebus iesu. Nō enī dixit vnū die fuisse iesu: qz multi sunt dies ei⁹. vn⁹ dies ē iusticia: alius sanctificatio: alius prudētia: alius misericordia: t singula virtutū bona ī q̃b⁹ dño seruit: dies aūt virtutib⁹ animi dño placēt. Jn his oībus diebus iesu dño seruies. Nō vult scriptura sancta vt aliquas ℞tutes habeas: t alias negligas. Sed vt omnib⁹ his adornatus sis virtutibus: et in earū actib⁹ posit⁹ deo seruias. Similiter seniorū dies quis habet in se t in dieb⁹ eoz seruit deo: ℨm illud: Jmitatores mei estote: sicut et ego christi. Jn diebus inquit seniorū eoz qui cognouerūt oīa opa dñi t̄c. Ille cognoscit oīa opera dñi qui facit. sicut filij heli dicunt nescientes dñm: nō q̃ dñm ignorarēt cū alios docerēt: sed qz agebāt sicut illi qui dñm nesciunt. Similiter hic dicit: Qui cognouerūt oē opus domini: nō solū inquit cognouerūt opus dñi: sed addidit omne. i. q̃ cognouerūt t iusticie opus t sanctificationis t patiētie et māsuetudinis t similiū. Quicq̃d ex mādatis dei venit opus dñi dr. Cōtrariū ē opus diaboli iniusticia. s. ira t similia. Cognoscunt ergo opus dñi q̃ faciūt opus eius. vñ: q̃ custodit mādatū nesciet verbū malum id est cauebit. de christo quoq; dictū est: qz nō nouit pctm̃. i. nō fecit opus peccati. Cognoscit ergo opera domini qui facit: ignorat: qui nō facit. Cognouerunt inquit opera domini magna que fecit in israel. Quasi sint aliqua opa domini parua. Ego arbitror q̃ omne opus dñi magnū est: sed ꝓ capacitate eoz̄ q̃bus opat⁹ si sibijnuicē cōparent: magna opa dñi dicunt: vel parua. verbi causa. Eduxit filios israel de egypto in manu forti: egypto ꝓdigijs celestibus verberata. Etiam fecit in mari: manna in deserto dedit: de celo locutus est moysi: t dedit legē in tabulis lapideis. Nōne hec magna sūt opera dei? Sed si illud his cōpares: q̃ ita dilexit deus mundū: vt filiū vnigenitū daret: ꝓ eo inuenies illa parua esse. Et seniores. Adam. Seniores qui cum iesu vel post iesum fuerunt apostoli sunt: qui scripturis vel p̄ceptis suis illumināt eozda nostra: et faciunt in nobis quosdam dies ex vera luce quā participati sunt venientes in hunc mūdum. Qui ergo p̄ceptis eoz̄ illuminat: seruire deo dicit in dieb⁹ seniorum qui fuerunt post iesum. Sicut aūt christus erat lux vera q̃ illuminat omnē hominez veniente in hūc mūdū: ita ipsi erāt lux mundi: ſm illud: Vos estis lux mūdi. Illuminant ergo nobis dies in q̃bus domino seruiam⁹. Soli⁹ dei nosse est: post iesum inter seniores quis longioꝝ diē fecerit: id est qui maiorem ex se lucē emiserit: vtrū Paulus an Petrus: Bartholomeus an Johannes: sed tamen longorum dicrum dicunt sancti. Econtra q̃ scandalis mundus replebit: quando crescente iniquitate refrigesceret charitas multoꝝ: tunc nō dicunt dies futuri longi sed abbreuiati. ℨm illud: Nisi abbreuiati fuerint dies illi: nō fiet salua omnis caro. Mali ergo dies breuiari dicunt: lōgeui aūt et multi spacij dies boni: in quibus domino seruimus: ꝓpter electos aūt breuiant dies mali: dies iniquitatis et scādali: t vt arbitror: cū semel electis dies mali ceperit breuiari: semper breuiant et minuunt vsq; in nihilū: et ad vltimū pereunt. E quib⁹ vnus puto erat qui dicebat: Pereat dies in quo nat⁹ sum: dies vero seniorū sanctorum longui sunt et ꝓlixi. Mortuus est aūt. Jn paulo viuit iesus: et in omnibus qui dicere possunt: viuo aūt iam: non ego: viuit vero in me rp̃s: et mihi viuere christus est t mori lucrū. Jn illis mozit qui sepe penitēdo: et iterū delinquēdo: q̃si insultāt mozti iesu. vnde: Rursus crucifigētes sibimetipsis filiū dei. t. o. h. Non solum ergo in peccantibus mozitur: sed etiam crucifigit et illuditur. Si etiam de auaricia cogitas: vel de stupro si furoze agitar⁹: vel quibuslibet vitijs non viuit in te christus. Mozit ergo rp̃s peccantibus: qz nihil in eis iusticia: nihil patientia: nihil veritas: t oīa illa que christus est opank. A sanctis vero quecūq; opera fiūt: christus est q̃ ea opat: vnde omnia possum in eo qui me confortat christ⁹. vnde: Qui me cōfessus fuerit coram hominib⁹ et ego cōfitebor. e. c. p. m. q̃ est in celis: q̃ aūt negauerit me coram hoībus t ego negabo eū co. p. m. Cōfitentes in semetipso dixit: cōfiteri: qz in eis viuit et operat christ⁹: ℨ nō sibi ait: de his qui negāt. Qui enī negat extra ipm est. Qui cōfitet in ipso est: dicit ergo qz mozuus est iesus: t resurrexit generatio altera que nesciebat iesum t̄c.

Et seruierūt baalim. Adam. Seruierūtq; baalim: et dereliq̃runt dñm deū patrū suoꝝ: hec quidem fecerūt antiqui: ℨ qz ꝓpter nos hec scripta sunt: videam⁹ ne maiora ex parte de nobis hec q̃ de illis dicta videant: audi ap̃lm. Jn helia quid dicit scriptura: quō interpellat deū aduersum isr̄l. Domine: ꝓphetas tuos occiderūt: altaria tua domolita sunt: et ego relictus sum solus: t querūt aīmā meā. Sed quid dicit illi diuinū responsum? Reliqui mihi. vij. milia virorū: qui nō curnauerūt genua ante baal. Sic ergo t̄ hoc tēpore reliquie scōm electionē gratie salue facte sunt. Sides ergo qz illos qui curuauerūt genua ante baalim t qui nō curuauerūt: in reliquijs credētiū t in multitudine nō credentiū intelligank. Qui enī in tēpore saluatoris increduli fuerūt genua curuauerūt baali: sed nō hi qui crediderūt: t opera fidei impleuerunt. Ruſq̃ enī legit q̃ in tēpore saluatoris aliqs flexerit genua simulachris. Sed de illis hoc dicit: qui peccatis compediti tenent. vnde cōstat quia cum peccamus genua nostra baalim curuamus. Qui ad hoc vocati sumus: vt flectamus genua in nomie iesu t ad patrem domini nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in celis et ī terra nominat. Nihil aūt ꝓdest si genua corporis in oratione flectam⁹ deo: t genua cordis ḡabulo. Si enī nō stetero firmus ꝓtra astutias eius: flexi genua mea ḡabulo: t si nō cōstanter stetero cōtra irā: flexi genua mea ire. Similiter de omnibus vitijs sentiendū est. Sic fecerūt illi qui coluerūt baalim: et dereliquerūt deū patrū suoꝝ. Unusquisq; quod ꝑ ceteros colit mirat t diligit hoc ei deus est: hoc ē quod ante omnia et super omnia poscit deus ab homine: diliges dominū deuz tuum ex toto corde tuo t̄c. Preoccupare quodāmodo erga se cupiēs totos hu

ℨ virtutibus
cūctis diebus eius
a ℨ apostolorū. b ℨ dies sanctorum longi: dies malorum breuiantur.
et seniorū: qui lōgo post eū vixerūt
ℨ faciebant.
tēpore: et nouerāt
ℨ opus scz̃ patrīcie: iusticie et oīm virtutum.
oīa opa domini
ℨ lxx. opa domini magna.
que fecerat cū isr̄l.
Mortuus est aūt iosue filius nun: famulus domini centū t decem annoꝝ
et sepelierūt euz in a finib⁹ possessionis sue in thānathsare in mōte effraim a septētrionali plaga montis gaas.
Omnisq; illa generatio cōgregata est
a ℨ generatio malaꝝ cogitationū q̃ pcedit ex corde: t facit obliuisci opis dei magni que ermēs apls ait Memor esto iesum xp̃m surrexisse a mortuis.
ad p̄res suos: t sur b rexerūt alij qui nō
ℨ Aug⁹. exponit quō dixit: nō nouerāt dñm ī illis. s. claris opib⁹ q̃ facta sunt aīs illos: vt isr̄l nosceret dñm.
ℨ qō crucifixus ē. s. ꝓ peccatis nostris et surrexit ꝓpter iustificationem nostrā.
nouerūt dñm t ōpa q̃ fecerat cū israel.
Feceruntq; filij isr̄l malū ī ꝓspectu dñi
ℨ qō quisq; sug oīa diligit et colit hoc illi deus est.
t seruierūt baalim ac dimiserūt dñm deū patruz suoꝝ q̃ eduxerat eos ō terra egypti: et secuti sūt deos alienos: deos q̃bus populoꝝ q̃ habitabāt in circuitu eoz̄: et ado/

ℨ vide quantū faciūt pcā deū ī q̃ nulli⁹ ire affect⁹: nullus passibil⁹ mor⁹ ad iracūdiā puocare dicūtur: sed ille manet imutabil⁹: ego cū peccatore irā mihi asscisco. vñ: thesaurizas tibi irā in die t̄c.
rauerunt eos: t ad iracūdiā cōcitauerunt dominum: dimittentes eū et seruiētes baal t asta/

tauitq; dominus. Circa pl⁹mum dicit sic: Dimisit q̃ iosue populū t̄c. hoc factum fuit ante mortem eius: sed hic recolitur propter fedus quod renouauit iosue inter deum et populum: vt dictum fuit Jo/suelytimo: q̃ facto dimisit vnū quēq; ire ad locum suum: vt ibidez dicitur: et hic recolitur vt appareat q̃ tempore iosue: et seniorū qui viderant mirabilia dei: fedus illud fuit obseruatum: vt cōsequenter dicitur in littera. t patet vsq; ibi:

b Et sepelierunt eum in finibus possessionis sue in thānathsare. Jn hebreo habet sic: Jn thamnathheré: id est thamnath solis: quia sicut dicūt hebrei super sepulchrum iosue fuit posita statuido solis in memoriam illius facti mirabilis q̃ fecit solem stare vt habetur Josue decimo. vt omnes transeuntes lugerēt mortē tanti hominis ꝓ quo dominus talia fecisset: et ideo ciuitas illa sic vocata est que ꝓius thānathsare vocabat.

Jos. 10. 4. 8 et. 6. a

Fratresq;

mane mētis affect⁹ :⁊ sciēs qđ ꝺs to to corde dilexerit ⁊ tota aīa: ⁊ totis viribꝫ hoc esse deū illi. Qđ ergo ꝺsq; sup oīa diligit: hoc illi deus est. apō plurimos ꝓpoderat amor auri: ⁊ auaricie ⁊ dicit illi: Nō potestis deo seruire ⁊ māmone: id ē auaricie. Jn alijs amor voluptatis vel gloꝛie secularis vel humane dignitatis pauci sunt in ī q̄b⁹ ꝓpoderet amor dei. Hinc tot⁹ gētilitatis error cepit exoꝛdiū: dū ea que multū diligūt hoīes: deos eē volunt et humanis vitijs ⁊ cupiditatibus diuinū nomē ascribūt. Pecunie em̄ cupidi et auaricie amoꝛe flagrantes: māmonā quidē apud syros deū cupiditatis dicunt: libidinis ⁊ voluptatis amatoꝛes venerē dcā sibi hui⁹ vitij quo agitanť ascribūt. Similiter in ceteris vicijs: nām quo vrgēt⁹ affectū: deū sibi fecerūt. vñ aplus: Auaricia qđ est idolorꝫ seruitꝰ. Cū ḡ aliq̄ vita toto corde: tota anima et tot⁹ viribus diligimus: idola adoramus.

Aug⁹. Et seruierūt baal ⁊ astartibus: dicit baal eē nomē iouis apud illas gentes: astarte vero iunonis. Punici em̄ baal dominū dicere videtur: et baalsaman dūm celi. Junonē aūt sine dubio astarten vocant: et qꝫ he lingue parū differunt: dicit ꝟ scriptura qꝫ seruierūt baal et astartibus ioui scz et iunonib⁹: nec singulariter dixit astarti: sed ad simulacroꝫ multitudinē intellectū retulit: varietatis causa tñ estimo ioue singulariter: iunonē pluraliter memoꝛari voluisse.

a Jratusqꝫ do. ⁊c. Orige. Fm .lxx. et vendidit eos ī man⁹ inimicoꝝ sitoꝝ rum in circuitu. sed ⁊ ī psalmo dicit: Vēdidisti populū tuū sine p̄cio: ⁊ in ꝓpheta: Gratis vēditi estis ⁊c. Quare ergo venditi si gratis: et nō potius donati. An forte scripturarū locutio est: vt dicať venditꝰ: etiam donatus hic sensus optimus est ibi: Gratis vēditi estis: ⁊ vendidisti populū tuum sine p̄cio: qꝫ impij nō deū colēdo tradi sibi populū meruerūt: vt ipse cui⁹ tus p̄ciū videreť. Quod vero dictuꝫ est: neq; cū argento redimemini: non ait: neq; cū p̄cio: sed neq; cū argento vt p̄ciū redemptionis intelligať sanguis agni īmaculati. Jn argento em̄ ꝓpheta oēm pecuniā significauit: qꝫ p̄cio sanguinis christi: nō p̄cio pecuniario fuerant redimēdi. a Jratusqꝫ dns. Orige. Cū quis deo seruit nō tradiť in man⁹ diripientiū: sed cū deū derelinq̄t: et seruit passionib⁹ suis tradiť passionib⁹ ignominie: ⁊ reꝓbum sensum: vt faciat que nō cōueniunt: quia repletus est omni iniq̄tate: neq̄icia fornicatione et hmōi.

Si cū peccamus dño et voluptates nostras et desideria: velut deum colimus: tradimur in manu diaboli apostolica auctoꝛitate vt ipse air: tradidi hmōi sathane in interitum carnis vt spiritus saluus fiat. Non soluꝫ ergo p angelos tradit de⁹ delinquētes in man⁹ inimicoꝝ: sed etiā p ꝑlatos ecclesie q̄ ptāt habent soluēdi et ligandi. Tradunť aūt in interitū carnis cū ꝑ delict⁹ a christi coꝛpoꝛe sepanť. tradunť aūt dupliciter cū delictū scz manifestū sit ecclesie et ꝑ sacerdotes quis ꝺ ecclesia pellit: vt notat⁹ ab ho

a roth. Jratusqꝫ dns contra israel a tradidit eos in man⁹ diripienti b um: qui ceperūt eos et vendiderūt hostib⁹ qui habitabāt ꝑ gyrū: nec potuerūt resistere aduersarijs suis: ꝟ q̄cūq; pgere voluissent: man⁹ dñi sup eos erat: sic c locut⁹ ē et iurauit eis: ⁊ vehemēter afflicti sunt. Suscitauitq; dd min⁹ iudices q̄ liberarēt eos de vastātium manibus: ꝟ nec eos audire voluerūt: fornicātes cuꝫ dijs alicis ⁊ adorātes eos. Cito deseruerūt viā ꝑ quā īgressi fuerāt pres eoꝝ: ⁊ audiētes māda ta dñi oīa fecere ꝺria. Cūq; dns iudices suscitaret: i dieb⁹ eoꝝ flectebať misericoꝛdia ⁊ audiebat afflictoꝝ gemit⁹: ⁊ liberabat eos de cede vastantiū. Postq; autē moꝛtu⁹ esset iudex reuertabanť ⁊ multo faciebāt maioꝛa q̄ fecerant patres eoꝝ sequētes deos alienos seruientes eis: ⁊ adorātes illos. Nō dimiserūt adinuētiones suas: ⁊ viā duriſſimā ꝑ quā ambulare ꝓsueuerāt. Jratusq; ē furoꝛ dñi in isr̄l: ⁊ ait: Quia irritū fecit gens ista pactū meū qđ pepigeram cū patrib⁹ eoꝝ ⁊ vo

Aug⁹. Pater cā quare iesus nō deleuit oēs gētes illas vt eēnt. s. in qb⁹ isr̄l pharenť: poterant autē ꝓdesse si rēptari ī eis nō inuenirenť reprobi: ⁊ tales inuenirēť q̄les dns eē ꝓcepit. auferēť ei gētes si īraviuerēt: nec bella eis uccaria eēnt.

cē meā audire cōtēpsit: ⁊ ego nō c delebo gentes quas dimisit iosue: et moꝛtu⁹ est vt in ipsis ex

ꝟ verba scriptoris exponēt. q̄re nō sint delere gentes ille.

periar isr̄l vtrū custodiāt viā dō mini: ⁊ ambulant in ea: sicut cu

a ꝟ Aug⁹. qui fuerūt. s. cū iesu cū viuerent. illis ei moꝛtuis: surrexit generatio altera q̄ cepit offendere dominum ꝓ quib⁹ ꝓbandis nō sunt delere gētes. ꝟ quasi nō videať iesus humano cōsilio gentes illas reliquisse.

stodierāt pres eoꝝ: an nō. Dimisit ergo dns omnes nationes has: et cito subuertere noluit: nec tradidit ī man⁹ iosue. La. III

f+ Hē sunt gētes quas do/ b min⁹ dereliquit vt eruditet in eis israelem: et

ꝟ Aug⁹. Erat ergo ista cā ī eoꝝ rēptationē vt bella discerent. i. vt tāta pietate ⁊ obedientia legis dei bellarēt quāta patres eoꝝ qui deo etiā bellādo placuerūt: nō qꝫ oprabile sit bellū: sed qꝫ pietas laudabilis etiā in bello.

omnes qui non nouerant bella chananeoꝝ: ⁊ postea discerēt filij eoꝝ certare cum hostib⁹ et habere consuetudinem p̄liā/

a Jratusqꝫ dns. Hic ꝓfr ponit trāsgressionis punitio cū dicit: b Tradidit eos ⁊c. quia bona filioꝝ israel rapuerūt sibi et coꝛpoꝛa eoꝝ vendiderūt hostibus extraneis: cui⁹ cā subdit. cū ꝺ: c Manus dñi sup eos erat. s. ad flagellandum sicut ante trāsgressionem fuerat sup eos ad adiuuandū. d Suscitauitq; dns iudices. Hic ꝓfr ponit punitionis sublevatio: qꝫ filij isr̄l in afflictiōe positi recurrebāt ad dñm: qꝫ veratio dat intellectū: ⁊ tūc deꝰ ꝑ iudices quos suscitabat prohebat eis remediū: sed postea reuertebāt ad vomitū: ⁊ ideo reiterabat diuina punitio: et iterꝫ sublevatio modo p̄dicto sicut patebit in sequētib⁹ huiꝰ libri: cui⁹ materia hic breuiter p̄libať: et ptz littera vsq; ibi. e Et ego nō delebo gē. ⁊c. Experientia aūt fit vt cognoscať aliquid ignotū: ⁊ ideo non experiť deus aliquid ad hoc q̄ aliq̄d fiat sibi notū: cū nihil hiateat ip̄m: sed dicit experiri aliq̄d vt ꝑ hoc aliqua fiāt nota alijs que erant eis ignota: ⁊ hoc mō deꝰ experiebať filios isr̄l in gentib⁹ p̄dictis: qꝫ ēdiu seruiebāt dño p̄nalebāt eis. qñ aūt derelinquebāt dñm eis subijciebanť. ⁊ ꝑ hoc obedientia et inobedientia filioꝝ isr̄l ad deū dominab⁹ erant note. La. II

Moraliter.

a Accedit angel⁹ dñi ⁊c. Per istū angelū q̄ de ꝑtis cōmissis arguit populū: significať bon⁹ ꝓlatus vel ꝓdicator: arguēs efficaciť peccata populi: ⁊ cū deducēs vsq; ad lachꝛymas vere cōtritionis. ideo subdit: † Cūq; loqueret angelus dñi verba hec ad oēs filios isr̄l eleuauerūt voceꝫ suā et fleuerunt: qꝫ nō sufficiūt lachꝛyme contritionis de cōmuni cursu nisi sequāť opa satisfactionis. ideo subdit: f Immolauerūtq; ibi hostias dño. vnde dicit aplus Ro. xij. Obsecro vos ꝑ miseriꝯdiā dei: vt exhibeatis coꝛpa vra hostiā viuēte: sāctā: ꝺo placēte ⁊c. d Suscitauitq; dns iudices liberarēt eos de vastantiū manib⁹. Per istos iudices figurati fuerūt eccle sanctꝯ pontifices et doctoꝛes quoꝝ p̄cib⁹ ⁊ meritis et laboꝛib⁹ de manib⁹ demonū frequenter liberat⁹ fuit populus christianꝯ et aliq̄n a coꝛpalib⁹ inimicis: sicut ꝑ merita beati basilij liberat⁹ fuit a ꝑsecutione iuliani apostate. ⁊ ꝑ merita bti silaestri a ꝑsecutione cōstantini: ⁊ alioꝝ qui tūc ecclesiam ꝑsequebanť: et cōsimilia facta sūt frequēter p̄cib⁹ ⁊ meritis alioꝝ sc̄oꝝ.

b Hē sunt gētes. Postq; La. III p̄missa ē hui⁹ libri p̄fatio. b ꝓ describiť historie narratio. ⁊ ꝓmo historia texiť. scdo tripler casus in dicť. xvij. ca. Prīa aūt diuidiť i septē ꝑtes. ꝝ septē tribulationes. ꝺs passi sunt filij isr̄l. ꝑ ꝑtis suis: ⁊ a q̄b⁹ penitētia ducti liberati sūt ꝑ septē iudices sibi succedētes. Due prime tanguntur in hoc ca. tertia ca. iiij. quarta ca. vj. quīta ca. ix. sexta ca. x. septima ca. xiij. Presens aūt ca. diuidiť i duas ꝑtes ꝝ duas tribulationes q̄ i eo tāguntur. scda ibi: Addiderūt aūt. Circa ꝓmū ponit ad ꝑdicta cōtinuatio. scdo describit prīa tribulatio. ibi: Jtaq; filij isr̄l. Jn fine ꝑcedētis ca. hr̄ q̄ de⁹ dimisit gentes inter filios isr̄l: vt experiret eoꝝ obedientiā ⁊ inobedientiā: ⁊ ideo ī ꝓncipio huiꝰ ca. ꝑ modū cōtinuatiōis ad ꝑdicta oīdit q̄ fuerūt ille gētes cū ꝺs: Hē sunt gētes. s. q̄ postea noīanť. g Quas dns dereliqt ⁊c. s. q̄tū ad artē p̄liādi ne fierēt

ignauj ꝑ

minibus erubescat ⁊ conuerso eueniat qđ sequit: vt spūs saluus fiat in die dñi: vl cū peccatū nō sit manifestū hoīb⁹. De⁹ aūt q̄ videt occulto vidēs eoꝝ mētē vicijs ⁊ passioib⁹ seruiēte: ⁊ in coꝛde eoꝝ nō se coli: ꝟ auariciā aut libidinē aut hmōi: talē ipe tradidit sathane. Auertit em̄ se ⁊ refugit a cogitatōib⁹ suis malis: ⁊ ꝺsideriis idignis: ⁊ reliq̄t dnm coꝛdis eoꝝ vacuum. Tūc imundꝰ spūs q̄ erierat ab hoīe: inueniēs domū suā vacātē ⁊ emūdatā: assumit alios septē spūs nequiores se: ⁊ ingressi habitāt ibi: ⁊ fiunt nouissima hois illi⁹ peioꝛa prioꝛib⁹. Sic itelligēdū ē deū tradere qđ tradit: nō qꝫ ipe tradat aliquē: ꝟ indignos deꝛeliq̄t: nec habitat in eis. Ea aūt tradita deꝛ eo q̄ deo vacua inuenit ⁊ a spū neḡ ūnadit. Vigilemus ḡ ⁊ nos a vicijs purgem⁹ vt deū intra nos teneam⁹ ne diabolo tradamur. La. III

a Jn medio chananei. Aug⁹. Jn deutero. dic⁹: ꝟ bis gētib⁹: Nō ejciā illos ī anno vno ne fiat terra deserta: ⁊ multiplicenť in te bestie fere. Paulati ejciā illos donec multiplicemī ⁊ crescať ⁊ hereditetis terrā. Poterat hanc ꝓmissionē suā dns fuare erga obedientes: vt extermiatio gētiū illaꝝ crescētib⁹ israelitic⁹ ptib⁹ fieret: cū eoꝝ multitudo terras vñ aduersarij extermiarenť desertas eē nō sineret. Qđ aūt ait: ne multiplicenť in te bestie fere. mirū si nō bestiales cupiditates ⁊ libidines ītelligi voluit: q̄ solēt de repētino successu terrene felicitať eꝛistere. Nō em̄ deus homines exterminare poterat: ⁊ bestias nō poterat. b Tradidit eos in ma. Ea damā. Et tradidit eos dns in man⁹ chusanrasathaim regis mesopotamie. Interꝑtatur chusanrasathaim humiliatio coꝛ Traditi sunt ḡ ei. vt humiliaret eos: ⁊ qꝫ in excelsis montiū ipie agebāt ꝓtra altissimū: ab ipo in humilitatē traditi sunt. Nec solū olim diuina ꝓuidentia: eos q̄ ipie exaltabanť: tradidit humiliādos: vt salubri medicina ꝺria ꝺrijs curarenť: ſz ⁊ nunc idē agit in ecclesia sua. Est ⁊ nūc chusanrasathaim rex mesopotamie cui humiliādet affligende tradunť anime: q̄ rp̄iana humilitate cōtēpta se in supbiā extulerūt: q̄ in ꝓspectu dei valde est odiosa. Initiū em̄ discedē di a deo supbia: deꝰ aūt supbis resistit: ⁊ humilibus dat gr̄am. Si quis ḡ rp̄i humilitate despecta (q̄ ꝓpe nos cū deꝰ eēt hō factꝰ ē hūiliatus vsq; ad moꝛtez) extollit ⁊ vsq; ad potestates ⁊ dignitates scl̄i ꝓsilit ⁊ artes q̄bus assequiť: etiā si ꝓtra fidē ⁊ religionem sint nō refugit: euenit vt malū faciat in ꝓspectu dñi: ⁊ cū summas adeptus fuerit ī sulas ptāt⁹: ⁊ ad ipa supbie fastigia sūma ꝓscēderit: ide deiectꝰ tradiť chusanrasathaim: vni. s. acriꝯ ꝓncipū: sic alibi pharaoni: ⁊ alibi chyram: vt hūilier eū q̄ nimis fuerat exaltatus: ⁊ affligat donec resipiscat ⁊ q̄rat dñm: qꝫ cū esset in superbia ignoꝛabat euꝫ. Potest quisq; eti am puus vl minimus: etiā si nulla dignitate vsus supbie vicio laboꝛare: ⁊ nihil tā fedum tā execrabile: q̄ pauꝑ supbus ⁊ diues mēdax. Penetrat aliquā do moꝛbus supbie ip̄m facerdoralē ⁊ leuiticū oꝛdinē: ⁊ ī nobis q̄ ad exemplū humilitatis positi sum⁹: ⁊ in circulo altaris velut specula q̄dā intueťb⁹ arroꝛgātie viciū fcret: ⁊ de altari dñi qđ debet (incēsi sua uirtate) flagrare: odoꝛ deterrim⁹ supbie renitet.

Aide benignū dūm mīsicoꝛdiā cū sceritē: ⁊ ip̄i⁹ pene modū iusta ⁊ clemēti ꝺliberatiōe pēsātē: ⁊ io fi ippetuū tradidit deliq̄ētes: ſ q̄nto inq̄t tpe fuerūt baalī: tāto fuūt chusanrasathaī. i. viij. annis. discē b q̄ errasse te cogscis: ⁊ q̄sto tpe peccasti tāto hūilia teip̄m deo. in ꝓfessiōe penitētie: nō exprectes vt hūilier te chusanrasathaī ⁊ iuito necessitas extoꝛq̄at penitētiā. Preueni toꝛtoꝛ man⁹: qꝫ si teip̄e coꝛrexeris: p̄i⁹ ē dns q̄ vindictā tpet ei q̄ illā penitēdo ꝓuenit. Notādū aūt qꝫ dū fuirēt chusanrasatha/im: ⁊ nō clamarēt ad dñm: nemo suscitabat⁹ est q̄ saluare eos posset. Cū ḡ clamauerūt suscitauit eis saluatorē otholiel qui interꝑtatur tps mihi deus: p quez ille ꝓfus de fuitute erept⁹ est: ⁊ pax ꝓlo reddita quaz supbia: ⁊ diuersa plebis facinoꝛa fugauerāt. Audeť aūt mihi otholiel vn⁹ eē de milicia celesti ⁊ archangelicis turmis q̄ ad auxiliū eoꝝ mittunť: q̄ hereditatē capiūt salut⁹. Sē ei ageli salutares: q̄ p otholiel vl athoth ꝺsignāť. c Fuitq; ī eo spi. Magna

ꝟ Aug⁹. Sarrape dicūť q̄si parua regna q̄bus sarrape ꝑerāt qđ nomē i illis partib⁹ cuiusdā honoris est vel fuit.

di: quinq; satrapas philistino/ a† rum: omnemq; chananeum ⁊ si† donium atq; euеuz qui habita/ † bat i mōte libano de mōte baal hermon vsq; ad itroituz emath.

ꝟ Aug⁹. Nō vt sciret deꝰ oim cognitoꝛ etiā futuroꝝ: ſz vt ipsi scirent ⁊ ꝓsciēcia sua: vel gloriarentur vel conuincerentur.

Dimisitq; eos vt in ipis expireť israelē vtrū audirēt mādata domini q̄ ꝑceperat patribus eoꝝ ꝑ manū moysi: an nō: Jtaq; filij b israel habitauerūt in medio chanaei ⁊ ethei ⁊ āmoꝛei ⁊ pherei ⁊ euei ⁊ iebusei: ⁊ duxerūt vxoc res filias eoꝝ: ipisq; filias suas filijs eoꝝ tradiderūt: ⁊ fuierūt dis eoꝝ. Fecerūtq; malū i ꝓspectū domini ⁊ obliti sunt dei sui fui

ꝟ qz thesaurizauerūt si/ entes baali ⁊ astaroth. Jratusqꝫ e bꝫpsis iram. ꝟ iusto iudicio.

cōtra israel dns: tradidit eos in † man⁹ chusanrasathaī regis me

a ꝟ ḡrū. s. fuierūt baalim. debet em̄ afflictio pe nitētie esse fm quātitatē culpe.

sopotamię. seruieruntq; ei octo an

ꝟ clamauerūt ad dñm cū tribularenť ⁊ de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos: ⁊ eduxit eos de tenebris ⁊c. ꝟ nisi clamassent nō fuscitaret eis saluatoꝛ. ꝟ in tribulatione positi.

nis. Et clamauerūt ad dñm q̄ su f+

ꝟ Aug⁹. Nota q̄ hominē saluatoꝛē dic ꝑ quē deꝰ saluat. ꝟ hysterologia. spēs. s. hꝛpbati.

scitauit eis saluatoꝛē: ⁊ liberauit

ꝟ aliquē. s. archangeloꝝ missum in auxiliū eoꝝ qui hereditatē capiūt salut. ꝟ Lxx. Othoniel qđ est rēpus mihi deꝰ ꝟ cuius familie.

eos othoniel videlicet filium ce

cuius nobilitatis sit ostenditur.

ꝟ viri. s. mirabilis qui socius iosue fuit.

c neq; ffem caleph minoꝛē: fuitq; ī eo spiritus domini: ⁊ iudicauit

ꝟ qz spiritus dñi erat in eo.

isr̄l. Egressusq; ē ad pugnā ⁊ tradidit dns in man⁹ ei⁹ chusanrasathaim regē syrie: ⁊ oppressit eū.

ꝟ magna largitať diuie clemētie octo ānis fuierūt ꝑ miseꝝ delicti. q̄. l. dcuerūt ꝑ vnā iustitia.

ꝟ Aug⁹. Ctū rpis. s. ꝓmoꝛdia imperij romani sub numa pōpilio: tm̄ modo repacata habuerunt.

Quieuitq; terra q̄dragita ānis g

a ꝟ qz. s. idign⁹ erat ppls q̄ haberet talē iudicē. vñ sequit: addiderūt aūt filij isr̄l ⁊c. cōsidera qz ꝑ eo q̄ idigni erāt hēre talē ꝓncipē: nō auferēť eis.

⁊ moꝛtu⁹ ē othoniel filj⁹ ceneç. Addiderūt aūt filij israel facere b+

ꝟ vides qz peccata

malum ī ꝓspectu domini: qui cō i

nostra vires hostib⁹ ꝑbēt reddūt: qñ malū facimus ī cōspectū dñi: et cōfortanťa dño aduersarij nr̄i: in spualib⁹ ḡz cōtrarie virtures nō inualescēt cōtra nos. Nec ipe zabul⁹ nisi ei vires ex nostris vicijs ꝑberem⁹: et locū et irroeūdi et domināndi i nob⁹ peccādo facerem⁹. vñ: nol. lo. da. dia.

fortauit aduersū eos eglō regē moab: qz fecerūt malū in ꝓspectū

ignauj ex dissuetudie armoꝝ ista cīs fuit vna cā inter alias q̄re dimisse sūt iste gētes: vt dictum fuit Josue. xiij. a Quinq; satrapas ⁊c. i. regulos vl ꝓncipes fm numeꝝ quī q̄ ciuitatū ꝓncipaliuz. s. açoti: ged: gaça: ascalō: accharō. Et dicūť satrape: quasi satis parati vel satis sapiētes. cetera patet ex dictis. b Jtaq; filij israel. Hic conseq̄nť describiť tribulatio ꝑma que fuit ꝑ regez syrie. Circa quā ꝓmo deꝛ scribiť culpa filioꝝ isr̄l. cū dicit: c Et duxerūt vxores filias eoꝝ ⁊c. qđ erat eis inhibitū Deut. vij. d Et seruierūt dijs eoꝝ. qz viri etiā sapiētes aliq̄n trahunť ad idolatriā per mulieres: vt ꝺ de salomone. iij. Reg. xj. scdo subditur pena inflicta. cuz ꝺ: e Jratusq; ꝓtra israel dns ⁊c. Mesopotamia ē ciuitas syrie: ⁊ tūc erat metropolis huius regni. et ꝺ mesopotamia a meso qđ est mediū: ⁊ potamos qđ ē fluuius: quia erat in medio duoꝝ fluminū. ista tamē inꝑpetratio ē fm idioma grecū. Jn hebꝛeo enī habetur aram fluniozuz. Et clamauerūt ad dominū veratī ⁊ nimis afflicti. tertio subditur subleuatis miseriꝯdia. cū dicitur: f Qui suscitauit eis saluatoꝛem ⁊c. et patet littera vsq; ibi:

ḡ Quieuitq; terra q̄ dragінta annis. in istis tū quadraginta annis ī cludūtur octo anni afflictionis p̄dicte: aliter nō haberetur certus numerus annoꝝ fundationis templi ꝑ salomonē: put describitur. iij. Reg⁹. vj. quia tēpus ibi determiatum computatur per tēpoꝛa iudicum ⁊ regū qui fuerunt vsq; ad tempus illud: ꝓout declarabiť domino concedente quā do veniemus ad locū illum. h Addiderūt āt. Hic ponit secūda tribulatio q̄ fuit ꝑ regē moab: q̄ primo describitur: ⁊ scūdo. ꝺ tertio iudice additur. ibi: Post hūc ⁊c. Circa ꝓmum describit filioꝝ israel culpa. cuz ꝺicitur: Addiderunt autem filij israel facere malum in conspectu domi. secundo subdit pena. cū ꝺicitur: i Qui confortauit aduersum eos eglō regē moab ad eos debellādum.

laus est ꝓmi iudicis q̄ spūs dñi fact⁹ est sup eū t̄ q̄ spūm dei indicauit ꝓplum: q̄ de alio dictū nō valde memini. Sūt hodie ecclīæ indices q̄bus datū est etiā iudiciū aīaꝝ: sed nescio si q̄s dign⁹ sit spū dei repleri. Fuitq; in eo spūs. Adamā. Postq̄ sex clamauerūt ad dñm. Quis in nob tā validū taz

a Et copulauit ei. i. federe iunxit.
b Filios ammon ꝛc. vt esset potētior cōtra filios isrl.
c Atq; possedit vrbē palmaꝝ. i. hiericho. nō q̄ esset recedis/cata sed q̄ accepit totū territoriū illō. Ūñ filij isrl territi reddiderūt ei tributū. ideo subditur: d Seruierūtq; filij isra/el eglon regi moab decē t octo annis.

instū clamorē emittit ad dñm: vt mere/atur ꝓlus accipe iudicem quē repleat spūs dei vt possit rectū tenere iudiciū. Ūñ liber ipe iudicū dr: q. d. iudicaue/rūt ꝓlm isrl. viros. i. mirabiles sic Jo/sue fuit. Sic t liber regū t q̄ dr: quō q̄s ex regū regnauerit: t q̄d egerit etiā malū vt eccle sez ꝓncipes vl iudices bōa eoꝝ imitēt: mala caueāt. a Seruie/rūt ꝛc. decē et octo an. Adamā. Post x. t octo annos itez clamauerunt filij israel ad dñm t suscitauit eis saluato/rē aioth filiū gera: filij gemini: virum ambidextrū. Qui suscitat ad saluan/dū israel nihil habet in se sinistruz sed vtrāq; manū dextrā. dign⁹ ꝓl ꝓnceps: dign⁹ ecc̄le iudex: q̄ nihil agit sinistrū: cui⁹ nescit sinistra q̄d facit dextra. In vtraq; pte dexter est in fide: in actib⁹ nihil habet de illis q̄ locant a sinistr. q̄bus dicet: Discedite a me opera iniquitatis: nescio vos: ite i ignē eternū ꝛc. Adamā. Etiā mēsuras pene indicat diuina scriptura supza octo annis: b decē t octo dicit. Certū est āt qz fm modū petī t ꝙuersiōis mozā etiam castigatiōis tpa terminātur. trāsierūt em t isti. r. t. viij. anni seruitutis: t nō dr: qz clamauerūt ad dñm: vl conuersi sūt a malicia sua ꝓ post. b Salnatorē. Adamā. Salnatores vl iudices q̄ ad liberādos filios isrl suscitanť ꝓncipes celestis militie significant: q̄s emittit deus ad ꝓsidiū eoꝝ: q̄ ad se toto corde clamauerūt t diuinā clemētiam erga se ꝙuersiōe penitētie fl exerūt. Scriptū est ei: qz cū milto tpe fuissent pharaoni pres nostri clamauerunt ad dñm: ita vt ipe diceret: Clamor filioꝝ isrl ascendit ad me: t misso mo yse vsibiliter edurit eos. Angel⁹ q̄z extermi/nator missus est q̄ oia ꝓmogenita egypti vastaret: israelitaꝝ vero neminē tāgeret. t sic patet virtutē celestē fuisse: q̄ vastatis egyptijs filios isrl de seruitute edurit. Sub rege etiā assyrioꝝ sennacherib: angel⁹ dñi mittit. q̄ ꝓstrauit vna nocte. c. lxxxv. milib⁹ hostiū t vr/bē ab obsidiōe t ꝓlum ab interitu liberauit. Silr ergo quādo peccam⁹ vl ꝓ peccatis in captiuitatez tradimur: clamem⁹ ad dñm non ore sed mēte: vt dolor cordis fōtē lachrymaꝝ ꝓducat ex oculis. Sicut ille qui ait: Lauabo per singulas noctes lectum meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Si ita conuertimur a malis vt vltra non contingamus ea: mittet nobis dominus virtutem suam celestē: per quā liberemur a virtute ꝯa bolica que omnia ꝓ nobis agat: dextera t prospera que faciat nos relinquere viam sinistram que ducit in perditionem: t reuocet nos ad viam dexteram que dicit: Ego sum via veritas et vita. c Qui vtraq; ꝛc. Sc̄m spiritualem intelligētiam omnes sancti ambidextri dicuntur: diabolus t principes eius ambi sinistri: totū enim quod agunt sinistrum est t ꝓuersum: t eterno igni cū his qui a sinistris sunt deputatū.

d Ingressus est aioth ad eum. Adaman. Aioth interpretatur laus: arte em callida t laudabili vsus deceptione intermit eglon: qui interpretatur rotatus vel orbita. Oportet tales esse nostri populi iudices qualis fuit aioth: qui interpretatur laus vt omnes volubiles motus: t orbitas mali itineris excidant et perimant madianitarū regē qui interpretatur fluxus vel effusio. fluxe ergo t dissolute gentis quis est ꝓnceps vel dux: nisi sermo illius philosophie que summū bonū iudicat voluptatem: quē interficit euangelicus sermo t ꝓ/

a pessimos inimicos q̄ cū ipso ꝓpugnarēt isrl.

eius. Et copulauit ei filiōs āmō a
t amalech: abijtq; t ꝓcussit isra/el: atq; possedit vrbē palmaruz. c
a Seruierūtq; filij israel eglō regi d
moab decē t octo ānis: t postea e
clamauerūt ad dñm. Qui suscita f+
§ qui interp⁹etat laus.
uit eis saluatorē vocabl'o aioth
§ nihil sinistrū habēs cuius nescie/
b filiū gera filij gemini: q̄i vtraq; g
bat sinistra q̄d faciet dextera.
manu ꝓ dextera vtebať. Miserť i
q̄ filij israel ꝓ illū munera eglon k
regi moab. Qui fecit sibi gladiuz l
ancipitē hñtē i medio capulū lō m
gitudis palme man⁹: t accinct⁹ n
a § Adam. Quicūq; gerit aioth ābidexť dextrē: dexter ē māib⁹ t pedib⁹: i femoze ei dextro gladiū portat: vt veniat ad regē moab t inficiat.
ē eo subter sagū in dextro femo/re. Obtulitq; mūera eglon regi
a § rotarus vel orbita: ibi est sermo philosophis que summum bonum iudicat voluptatem.
moab. Erat āt eglon crāssus nimis. Cūq; obtulisset ei munera o
ꝓsecut⁹ est socios qui cū: eo venerāt: t reuersus ỏ galgal' vbi erāt p
a § Aug⁹. Non mentitur: factum em̄ verbū ap
idola: dixit ad regē: Verbum se q
pellatur: et secretum factum erat ei ad regem.
cretū hēo ad te o rex. Et ille ipe/ r
rauit silētiū. Egressisq; omnib⁹ q̄
circa eū erant: ingressus ē aioth
ad eū. Sedebat aūt in ęstiuo cę/
a § quia precepe/
naculo sol'. Dixitq;: Verbū dei s
rat ei dominus hoc facere: quem populo suo salvatorem excitauerat.
habeo ad te. Qui statiz surrexit de throno. Extēditq; aioth sini/

a Et copulauit ei. i. federe iunxit.
b Filios ammon ꝛc. vt esset potētior cōtra filios isrl.
c Atq; possedit vrbē palmaꝝ. i. hiericho. nō q̄ esset recedis/cata sed q̄ accepit totū territoriū illō. Ūñ filij isrl territi reddiderūt ei tributū. ideo subditur: d Seruierūtq; filij isra/el eglon regi moab decē t octo annis.
Tertio subdit penitētia. cū dicit:
e Et postea clamauerūt ad dñm ni/mis afflicti de tyrānide eglon. Quarto subiūgit dei misericordia. cū dicit: f Qui suscitauit eis saluatorē voca/bulo aioth. Circa q̄ sciendum q̄ iste aioth liberauit ꝓplum p hoc q̄ interfecit regē ꝑdictū: q̄n missus fuit ad reddēdū ei tributū. Primo igit describitur ipsius aioth cōditio. secūdo eius legatio ibi: Miseruntq; filij. tertio eglō interfectio. ibi: Cūq; obtulisset. quarto exercit⁹ eglō debellatio. ibi: Aioth aūt. Circa primū cōditio aioth describitur ex genere. cū dicit: g Filiū gera filij gemini. Ex hoc ỏr q̄ erat de tribu beniamin. sc̄do describit ēgtū ad ꝓsonā. cū dicit: h Qui vtraq; manu. t. i. ita faciliter t fortiter vtebať sinistra sicut t dextera. hebrei aūt dicūt sic Debilis manu dextera. nō q̄ esset impotēs in illa pte: sed q̄ meli⁹ t ꝓmptius iuuabat se de sinistra. gallice esclēchier. t tales aliq̄ fūt optimi bellatores: q̄ tāto minus pōt puideri icⁱ⁹ corū quāto magis est ineōsuet⁹. i Misertq;. Hic ꝓfr ỏscribit eius legatio. cū dr: Misertq; filij isrl ꝓ illū: tanq̄ ꝓ solēnē nunciū. k Munera. i. tributū. l Qui fecit sibi gladiū ancipitē. i. scindentē ex vtroq; latere. in Ha/bentē in medio capulū. hoc nō est hebreo: sed illud q̄ sequit imediate coniungit lr̄e p̄cedenti sic: Fecit sibi gladium ancipitē lōgitudinis palme man⁹. Jn hebreo habeť: Lōgitudis pue. ad hoc q̄ minus appareret. vnde sub dit: n Et accinct⁹ est eo subter sagū. id ē palliū militare: vt dicūt expositores cōmuniter: tū i hebreo habeť: Jn dextro femore. qz meli⁹ iuuabat se de sinistra. fm q̄ dicūt hebrei: Jlli āt qui melius se iuuāt de dextra cingūt gladiū ad p/tē sinistrā. fm aūt trāslationē nr̄am q̄ dicit q̄ equaliter se iuuabat de vtraq; manu. dicūt expositores q̄ hoc fecit ad hoc vt min⁹ appareret gladi⁹: vl vt vl deretur in armis inexptus. o Cūq; obtulisset. Hic ꝓfr describit ipsius eglon interfectio t modus interfectionis: qz aioth nō inkfecit eū statim: ỉz recessit inde facta sua legatiōe. t hoc est q̄ dicit: Cūq; obtulisset ei munera. ꝓsecutus est socios q̄ cum eo venerant: ad deferendū munera ꝑdicta. p Et reuersus de galgalis vbi erāt idola. vsq; ad locū illū redierat cū sociis suis. ỉz q̄ vidit idola q̄ eglō posuerat in galgal' quē locum hebrei reputabāt sanctū: eo q̄ ibi ꝓmo māserāt post trāsitum iordanis t circūcisi fuerāt t pasca celebrauerant: vt habetur Josue: iiij. t. v. t qz arca testamenti t tabernaculū fuerūt ibi quousq; trāslata fuerūt in sylo: vt dicūt fuit Josue. xviij. q̄d fecerat eglon in contēptū loci sacri. sicut antiochus epiphanes posuit idolū in templo dñi: vt habeť. j. Mach. j. c. ex ỉ fuit accęssus aioth ad reuerendū vt interficeret regē eglon.
q Verbū secretū habeo ad te o rex. Et accipiť hic x̄pū pro re significata x̄po: qz intēdebat eū occidere in secreto. i. aperto em̄ nō poterat ꝓpter assistentes. r Et ille ipe/rauit silentium. innuendo q̄ omnes exirēt: vt patet per litteram sequētem. s Verbum dei habeo ad te. q. d. oportet q̄ surgas ꝓpter reuerentiam x̄pi dñi. nec oportet ỉ aioth de mēdacio excusari: maxīe: qz illō mēdaciū nō fuit ꝓnitiosū ỉz magis officiosū: qz fuit ordiatū ad infectionē idolatre pessimi t tyrānide sup ꝓplūz dei. ꝓpter q̄ cōmēdat aioth: nō āt ꝓpter mēdaciū

pheticus qui gladio cōparatur qui in/ventre eoꝝ t in imis ꝓcordijs ambidextri doctoris disputationibus concluditur t vt veritat' eos assertione cō/cludens extinguat omnē prauī dogmatis t crasse intelligētie sensum qui se extollit contra spiritualem scientiā cbristi: vt hoc faciens t dimicās i verbo dei omnis ecclesie iudex fiat laudabilis aioth. Cui dicatur a domīo. Euge serue bone t fidel': quia supza pauca fuisti fidelis super multa te constituā.
a § Jnquissimo adipe strin. Aug⁹. Merito queritur quomodo fierit ex iis valde rex eglon t clauserunt adipes vulnus quando percussus est: ỉz intelligendū est ea locutione dictū (q̄ solent econtrario intelligi) sicut dicit lucus q̄ minime luceat: t abūdare q̄ non est t benedixit regi. i. maledixit: sic in libro regnoꝝ de nabaioth dictū est. Nam in ea interpretatione dictum q̄ nō fm lxx. sed ex hebreo est. ita inuenimus: erat aūt eglon crassus nimis.
b Tulerūt clauē. Aug⁹. Quō pueri regis eglon clauī aperuerūt: quod aioth clauī non clauserat. Aut si ille clauī clauserat: quomodo cū secuz nō tulerat? vt nec isti clauī aperire possent? Proinde aut alia clauis allata ē: aut tale genus clausure fuit q̄ sine clauī posset claudi: nec sine clauī aperiri. Hā fūt q̄dā tlia: sic ea q̄ verruduta dicūt. c Post hunc fuit. Adam. Exx. Semegar. i. ibi aduena. oēs em̄ homines dei aduene sunt in hoc mūdo. sicut ille qui dicebat: Jncola ego sum in terra apud te t peregrinus sicut omnes patres mei. hūc ergo semegar spūssanctus ibi incolam dicit. i. b: q̄ em̄ spiritui sancto q̄ in celis est ibi ē: nob ỏ ē. d Post hūc ꝛc. Aug⁹. Queritur quomodo post aioth pugnauerit sangar pro israel t eum saluasse dicit? sit. Non em̄ fuerat captinat⁹ vl iugo seruitutis innexus. Sed ita saluauit: non quia hostis nocuerit: sed ne permitteretur nocere: quem credendū est bello cepisse tentare: t huius victoria fuisse repulsū. e Qui ꝑcussit. Adaman. Semegar percussit allophilos i sexcentis viris in stinaꝝ l pede aratri. Aliud gen⁹ laudis in semegar video. Jste in aratro pugnat. aioth inquit in gladio: vicit tamen t hic t ꝓsternit allophilos. Potest ergo fieri vt ecclesie iudex non semp gladiū ꝓferat. i. non semp austeritate verbi t acumine correctionis vtať: sed imiteur agricolam: velut aratro sulcans animę no/stre terrā: t sepius clementi monitiōe rescindēs vt apter eā susciptēdis semi/nibus. Jnterficiūť etiam sic allophili: cū non argumentis t acumine contra aduersarios vtimur: sed agresti t simplici cōmonitione de animis audito/rum vitia propellimus. f Tu quoq; esto agricola anime tue. Utere aratro quo vtitur semegar. Sed cuz miseris manū i aratrum noli respicere retro: id est postq̄ tuleris crucem tuam: et secutus fueris christū: postq̄ sęclo renunciasti: t his que in seculo sunt: nolī requirere ea q̄. ꝓpter xp̄m reputasti vt stercora: quia si in hoc aratro manū habueris semp: vt ꝓficiens dicas: mihi āt absit gl'iari nisi i cruce dñi nr̄i. Cadēt a dextr' tuis mille: t. x. mil. ꝛc.

a § sermonē euangelicum vl ꝓpheticū
strā manū: t tulit sicāz de a
§ disputādo. s. vt extingueret oēs prauī dogmatis: t crasse intelligētie sęculo
dextro femore suo ifixitq; b
eā in vētrē eius tāvalide: c
vt capulus sequerēť ferrū in b
a vulnere: ac pinguissimo a
dipe stringerēť. Nec edu/rit gladiū: sed ita vt ꝑcussa/rat reliqt in corpore: sta- e
timq; p secreta nature alui sterc̄oza ꝓoruperunt. f
Aioth aūt clausis diligen- e
tissime hostijs cęnacli t ob f
firmatis sera per posticuz g
egressus est. Seruiq; regi h
ingressi: viderunt clausas
fores cęnacli: atq; dixerť:
Forsitan purgat aluuz in
estiuo cęnaculo. Expectā/tesq; diu donec erubesce/rēt: t videtes q̄ null⁹ ape/riret: tulerūt clauē: t apiētes inuenerūt dñm suū in
b tra iacētē mortuū. Aioth
aūt dū illi turbarenť effugit t ptransit locū idoloꝝ
vnde reuersus fuerat. Ce- i
nitq; in seyrath: t stati in/sonuit buccia i mōte effraim. Descēderūtq; cū eo fi/lij isrl ipo in frōte gradiente. Qui dixit ad eos: Seq/- k
mini me. Tradidit ei dñs
inimicos nros moabitas
in manus nostras. Descē/derūtq; post eū t occupauerūt vada iordānis q̄ trās
mittūt in moab: t non di
miserūt trāsire quēq;: sed
ꝑcusserūt moabitas i tpe
illo circit decez milia oēs
robustos t fortes viros.
Null⁹ eoꝝ euadere potuit. Subiuliatusq; ē moab in
die illo sub manu israel: t
a § Aug⁹. Duplicaro. s. tpe qō fuit me
morabile romanoꝝ sub rege pōpilio.
q̄uit trā octogita ānis a
c pūjs. Post hūc fuit sāgar l+
d filⁱ⁹ anath: q̄ ꝑcussit ỏ phi m
a § senarⁱ⁹ q̄ multiplicat⁹ ꝙuenit in sexcēt⁹ mūdū significat sex diēb⁹ cōsummatū. sexcēt⁹ ergo i aratro ille dicit ꝑcussisse cui per crucē christi crucifixus est mundus.
listijm sexcēt⁹ viros vomere. Et ipe quoq; defendit israel.

sicut Exo. j. cōmendant obstetrices eo q̄ saluauerūt pueros hebreoꝝ: nō aūt ꝓpter mēdacium qō dixerūt regi mēdaciter se excusantes.
a Et tulit sicā. i. gladiū. qui sic nominat' a sonitu quē facit qñ de vagina extrahit. b Ut capulus sequerēť ferrū. Capul⁹ ē manubriū sic factuz qō supeminet vagine: t vocatur gallice heuth. c Nec edūrit gladiū. rum quia rectus erat in adipe. rum quia festinauit fugere. d Aluī stercora ꝓruperunt. in his em̄ q̄ moriuntur violenter egestiones solent exire: sicut suspensi emittunt vrinā vel aliq̄ tale. e Aioth aūt clauī. dili. ostijs cēnaculi ne aliās itraret ad regē t inueniret ipm̄ mortuū donec eēt elōgatus. f Et obfirmatis sera. infra dicit q̄ seruī regis tulerūt clauē ad aperiendū ostiū. t ideo dicendum q̄ plures erant ibi claues: quarum vnā tm̄ aioth secum portauit. vel q̄ ostium sic erat factū q̄ per impulsiōnem claudebatur: sed non poterat aperiri sine clauē: sicut modo fit in pluribus ostijs. g Per posticū egressus est. Jn hebreo habeť: Porticū. que solet fieri i domibus magnatoꝝ. t videť littera nr̄a corrupta ꝓ scriptores ꝓpter similitudinē lr̄aꝝ. h Seruiq; regis ingressi. nō cenaculū in quo erat rex: vt patet i textu. sed porticū que erat ante a q̄ se aliquātulum elongauerat t post exitum aioth ibidē rediērunt: stantes ibi ꝓ aliq̄ spaciū temporis ꝓpter causam que exprimitur in textu. et patet littera. i Venitq; in seyrath: t statim. Hic consequenter describitur debellatio exercitus eglon: quia videntes ex insperato regē mortuum fugit mens t consiliū ab eis: vt de exercitu holofernis dicit Judith. xv. quando sciuerť eū mortuū. t ideo aioth potuit eos cū pauc' debellare. ideo dixit ad socios: k Sequimini me ꝛc. i. locum illū per quem homines poterant transire de terra promissionis in terram moab. eglon em̄ cū suo exercitu acceperat partem terre promissionis: vt patet ex supradictis: t ibi erat. cetera patent. l Post hunc fuit sangar. sub isto non legitur aliqua notabilis tribulatio: sed pacē facā sub aioth conseruauit: nec ꝓmisit philistęos eis dñari. ideo subditur:
m Qui percussit ꝛc. Jn hebreo habeť: stimulo bouis. iste videtur fuisse bō rustican⁹ t fort': fortitan de ligno in quo erat acule⁹ ad pūgēdū boues: fecit lanceam vel hastam ad pugnandū t aliquos alios induxit ad simile faciendū: q̄a non est verisimile q̄ ipse solus sexcentos viros interfecerit. t sic hic accipitur singulare ꝓ plurali: scilicet stimulo ꝓ stimulis: sicut frequent fit in sacra scriptura. vnde Exo. viij. Venit musca grauissima. i. multitudo muscarū. Ca. III

et ideo dicūt alij q̄ iste ẓelus intelligit: qz saul cupiēs possessiones gabaonitarū: eo q̄ erant in tribu beniamin: ꝛ occupabant vnā ciuitatez nobilem. dicebat q̄ melꝰ esset ꝛ deo acceptius q̄ filij israel ipsimet aquas et ligna ministrarēt i loco diuini cultus: ꝛ illi deserent. per hoc palliās cupiditatem suam. Sed hoc nō est verisimile: quia illa cōpositio aquarum ꝛ lignorū fuit gabaonitis imposita tanq̄ seruitus et mors ciuilis: ꝓut dictum fuit Josue. ix. ca. ꝛ ideo nō erat ꝓ filijs israel: sed ꝓtra ipos hāc seruitutem ad eos trāsferre. ꝓpter q̄ dicūt alij q̄ saul morꝰ cupidi tate p̄dicta: dicebat q̄ Josue ꝛ principes tribuū male fecerāt dimittēdo gabaonitas: qz ptem hereditatis israel occupabāt: ꝛ q̄ debebat hoc correctum esse tante potestat⁹ ꝛ maioꝝ in regnie ꝑli q̄s Josue ꝛ principes tribuū qui nō habuerūt regiā potestatē. a Dō erit vestri placulum. i. emenda vobis sufficiēs. b Ut benedicatis hereditati dñi. i. vt deꝰ placatus emēda vobis sufficēti: būdicat terre israel dando pluuiam ad terre fecundationē. c Non est nobis sup auro ꝛc. Erant enī paruperes: ꝛ ideo verisimile est q̄ dauid eis obtulerit primo emendam pecuniariam: sed ipsi renuerūt dicētes: d Virum qui attriuit nos et oppressit inique ꝛc. ita q̄ ꝑmo petierūt occisionez oim qui erant de domo saulis: sed quia dauid eis suggessit q̄ nimis petebant: fuerūt finaliē contenti de septem viris. e Ut crucifigamus eos dño. i. ad declarationē iusticie diuine. f Et ait rex ego dabo. Tum quia sciebat voluntatē domini q̄ factum saulis puniret: vt ꝑtz ex predictis. Tum qz magꝰ erat cō descendendū toti populo qui affligebat fame quousq; hoc factū vindicaretur. g Tulit itaq; Dic ponit pene tanrate executio. cuz ōr: Tulit itaq; rex duos filios respha filie aboa quos peperit saul armoni ꝛc. Dicit Ra. Sa. q̄ isti duo specialiter notant: quia fuerūt in occisione sacerdotum cuz doech. b Et quinq; filios michol filie saul quos genuerat. ꝛc. Isti fuerunt filij merob sororis michol naturales: sed michol eos nutriuit ꝛ adoptauit postea eo q̄ nō habebat filios naturales: ideo dicuntur eius filij: ꝛ ꝺm hoc dicit eos genuisse badrieli: nō q̄ fuerit eius vxor sed merob sororꝰ eiꝰ: vt habet .ℌ.j.li.xvij.ca. i Qui crucifixerūt eos in monte. i. in loco patenti. k Coram dño. i. ad declarationem diuine iusticie. l Tollēs aūt respha filia aboa ciliciū substrauit sibi ꝛc. quo poza illa dimissa fuerūt in patibulis: voluit ea seruare intacta ab auib⁹ et feris: ideo parauit sibi locū iuxta ea: nec tamē erat sola: qz non posset sic custodire: qz aliq̄ deberet eam dormire. tamē sola nomiaꝝ q̄ erat principalis in hoc facto. Sed videt q̄ dauid fecerat ꝓtra legē Deu. xxj. vbi ꝓcipit q̄ adiudicatꝰ morti ꝛ appensus in patibulo deponatur eadē die ꝛ sepeliatur. Dicendū q̄ illud erat fiendū de cōmuni lege. Sed i hoc facto fuit principaliter reuelatū ipi nathan ꝓpbete ꝛ p nathan denūciatū dauid q̄ voluntas dei erat q̄ remanerēt in patibulis donec ostēderetur signū ꝓpiatiōis diuine p dationez pluuie: qz dicta sterilitas p siccitatem ꝓtigerat. ꝛ ideo subdit: m Donec stillaret aqua. madefaciēs terrā. sup eos de celo ꝛc. Nominant isti suspensi specialiter: qz descēsus pluuie erat signum q̄ tūc deberent dari sepulture. Ra. Sa. assignat etiā aliā cām moze ipoꝝ in patibulo: quia erāt iuxta viam cōmunē in q̄ multi gentiles trasibant: ꝛ cum peterent quales homines fuissent: respōdebatur eis: de genere regio: ꝛ cum quererēt vltra causam suspensionis: respōdebāt eis q̄ hoc erat ꝓpter occisionē gabaonitaꝝ q̄ de gēilitate cōuersi fuerāt ad iudaismū: qz tpe iosue fuit ista ꝓuersio. vt dictuz fuit Josue. ix. ca. et per hoc multi gentiles mouebantur ad hoc q̄ transirent ad fidem ꝛ ritum iudeorum. n Et nunciata sunt dauid ꝛc. Hic ꝓsequenter ponitur istoꝝ venerabilis tumulatio: cum dicit: Et nunciata sūt dauid que fecerat respha. custodiendo coꝝpora. o Et abijt dauid et tulit ossa ꝛc. que erāt sepulta in nemore iabes. vt habet .ℌ.li.j.xxj.ca. q̄ non erat locus solēnis ꝓ talib⁹ ꝓfonis. p Et colligētes ossa coꝝ qui affixi fuerāt sepelierūt ꝛc. in terra beniamin de cui⁹ tribu erant.

q In latere in sepulchro cis patris eius. i. in ꝛra latus sepulchri cis patris saul. r Factū est aūt. Hic ꝓr ponit quadruplex bellū. ꝛ ꝑmo ostendit qualiter dñs ꝓterit dauid i illis periculis. secūdo grārūactio reddit ꝓ his ꝛ aliis beneficijs. ca. xxij. Circa ꝑmū dicitur: Factū ē aūt rursum ꝓliū philistinoꝝ Dicūt aliqui q̄ istud acciderat ante famē ꝑdictam: quia iam ante in ꝓsecutione absalon serui dauid nō ꝑmiserāt ipsum ire cum alijs ad ꝓlium: vt habet .ℌ.ca. xvij. sed hoc nō videt verū per hoc q̄ dicit hic. Post hec ꝛc. ꝛ sic videt referri ad factū narratū aīmediate. aliter nō haberet aliquid certū ad q̄ referret. Preterea istud bellum videt ꝓtigisse q̄n vires dauid iam debilitate erant ex senectute vt ostendunt circūstantie littere. Nec valet istud q̄ inducit de bello cōtra absalon. Qz enim serui dauid non ꝑmiserunt ipm ire ad ꝓlium fuit ex causa speciali. s. quia dauid principal⁹ ꝛ singulariter quasi ad mortem ꝙrebatur. vt ꝑtz ibidem. ꝛ ca. xvij. Dixit achitophel de dauid: Unum enim virum tu queris ꝛc. et ideo illud impedimentum fuit singulare. Sed in isto bello videntes serui dauid ipsum viribus debilitatuz: ordinauerūt et iuramento firmauerūt q̄ de cetero nō iret ad ꝓlium in ꝓria ꝑsona.

s Jesbidenob. Dicunt aliqui q̄ sunt tres dictiones: ita q̄ de est ꝓpositio: ꝛ nob nomen loci: sed patet ō falsum. Tū qz iste nō fuit de nob sed de geth. vt ꝑtz i fine huiꝰ ca. Tū qz i hebreo li de nō pōt cē ꝓpositio: ꝛ totū ē vna dictio. t De genere arapha. i. gigāteo: vt dicūt hebrei.

2.Re.17.a.

Et accinc-

bat: ꝛ accicꝰ erat ense nouo: nisus ē percutere dauid: ꝓpsidioq; ei fuit abisai filias saruie: et percussū philisteū interfecit. Tūc iurauerūt viri dauid. dicentes: Jam nō egredieꝛ nobiscū in bellū: ne extinguas lucernā israel. Secundū bellum

a ℌ vbs er gaser.

a quoq; fuit in gob contra philisteos. Tunc percussit sobochai de vsathi: çaph de stirpe arapha de genere gigantū. Tertiū q̄s fuit bellū i gob cōtra philisteos. in q̄ percussit adeoda

a ℌ dauid qui scz electꝰ est a deo in regnū. b ℌ quia ō saltu vbi pascebat oues accepit cū deus. c ℌ quia de genere beseleel mater eiꝰ.

tus filiꝰ salt⁹ pō/

a ℌ de bethleem exiuit.

lymitarius bethlemites goliath getheum: cuius hastile hastę erat q̄si liciorium texentium. Quartuz bellum fuit in geth in quo vir fuit excelsus: qui senos i manibꝰ pedibusq; habebat digitos: id est viginti quattuor: ꝛ erat de orige/

a ℌ Hanc dicūt iudei matrem gigātū fuisse orphanoemi nurum.

ne arapha: ꝛ blasphemauit israℓ. Percussit autem eū ionathas filius samaa fratriℓ dauid. Hi quattuor nati sunt de arapha in geth et ceciderūt in mānu dō ꝛ fuoꝝ eiꝰ

La. XXII

Ocutꝰ est aūt dō do

a Et accinctꝰ erat en. nō. In hebreo hī: Et accinctꝰ erat de nouo. ita q̄ li ense nō ē de textu. Dicūt ei hebrei ꝛ est verisile q̄ illa die fuerat factꝰ miles de nouo. ꝛ ideo nitebat facere ꝓbitatē cuidētē in pcussiōe regis. Cetera patēt ex dictis.

b Scōm bel. q̄z fu. li scōm nō significat ō ordinē tpis: qz ō mō nō narrant ō ista bella: q̄ ꝑtet ex ō q̄ illud bellū q̄ dicit ō tertiū fuit simplr ꝑmū: vt patebit. illo aūt q̄ dz ō ꝑmus fuit simplr vltimū: qz post illud dō ñ fuit ad ꝓlū. Narrat tñ ō ꝑmo ꝓpter cōtinuationē ad p̄cedētia īmediate: qz ꝓtigit pꝰ famē supradictā in senectute dō. ꝛ iō nō ē ō ordo tpis: ꝑ narrationis: qz istud bellū īmediate narrat post p̄cedēs. ꝛ ita dicē dū de alijs sequētib⁹. c Tūc pcussit sobochai. nomē est ꝓ pnū militis. d De vsathi. i. de ti⁹ loco. e Zaph. als çiph nomē est gigātis ab eo pcussi. f Tertiū q̄s fu. bel. in gob. Istud fuit bellū in q̄ dauid iterfecit goliath: vt ptz ex sequētibus: ꝓpter q̄ dicēdū q̄ gob est nomē loci speciaℓ q̄ erat in valle terebinthi in qua fuit illud bellū: sicut habet .ℌ.li.j.ca. xvij. sicut in valle suessionensi sūt multa loca pticularia. ꝛ sic istud bellū q̄ fuit in gob tanq̄ in loco pticulari. fuit etiā in valle terebinthi sicut loco cōi. g In quo pcus. adeoda. i. dauid qui fuit a deo electꝰ ꝛ dat⁹ ad regimē ꝑli: vt patet ex dictis. ℌ.j.li. xvj.ca. h Filiꝰ sal. Quia lōgo tpe habitauit in nemoꝛib⁹ fugiēs a facie saul: vt patet ex ꝑdictis. ℌ.j.li.ca. xxiij. i Polymitari⁹. qz descēdit de genere beçeleel q̄ fuit principalis in opere polymitario tabernacli: vt habet Exo. xxxj. k Bethleemites. Quia ibi fuit natus: vt patz ex dictis. ℌ.li.j.ca.xvj. l Goliath getheū. cum quo pugnauit dauid ad singulare certamē: ꝛ ex hoc patet q̄ dictuz est. ℌ. q̄ istud bellū ordine tpis fuit ꝑmū: quia ante bellū illud non fuit dauid in aliquo bello: imo domi remāserat alijs fratrib⁹ suis ad bellū post saul eūtib⁹ tāq̄ nimis iuuēis. m Quartū bel. ꝛc. in quo fuit vir excelsus. i. magnitudie excedēs cōmunem staturā hominū. n Qui senos in ma. ꝛc. Hoc ponit ad ostēdēdū q̄ sic erat excessiue magnitudis: ita etiā erat terribil⁹ in alijs. o Et blasphemauit israℓ. i. vituperauit ꝓuocādo eos ad ꝓliū: sic de golia ōr. ℌ.j.li.xvij.ca. La. XXI

Moraliter.

Facta ē ergo fames ꝛc. Que fuit ꝓpter ira deo ēmissa ꝓpter pctm saul ex gabaonitaꝝ occisiōe. ꝛ ꝓ ō ostēdit ꝙnta sit pctī grauitas in inocentū deꝑssiōe: ꝛ maxie eiꝰ q̄ tenet eos custodire. Nā ꝓpter ō peccatū tribꝰ annis torꝰ ꝓpls afflictꝰ fuit fame. Sūt em tria genera pctoꝝ q̄. ꝓpter sui grauitatē dicunt ad deū clamare. Primū ē innocētis occisio Heñ. iiij. Ecce vox sāguis fratris tui abel clamat ad me de terra. Scōm ē pctm ꝓtra naturam Heñ. xviij. Clamor sodomoꝝ ꝛ gomorreoꝝ venit ad me. Tertiū est defraudatio paupeꝝ Jac. v. Ecce merces operariorū vestroꝝ q̄ fraudati sūt a vob clamat: ꝛ clamor eoꝝ in aures dñi sabbaoth introiuit. Dent nob se, viri. Sic dic Eze. Omel. xviij. Qm̄ totū tps septē dieb⁹ cōprehendit: recte septenarius numerꝰ vniuersitas designat. Per septē igit viros crucifigēdos ꝓ pctō expiādo vt deꝰ terre repropitiaret: significatur vniuersitas hoim carnē suā crucifigentiū cū vicijs ꝛ cōcupiscentijs ꝓ pctoꝝ suoꝝ ꝛ alioꝝ expiatiōe: ꝓpter q̄ isti dicunt crucifigi coꝝ dño ad differentiā hypocritaꝝ qui carnē suam crucifigūt coꝝ mūdo Matth. vj. Exterminat faces suas vt videant homib⁹ ieiunātes. ideo subdit: † Oz cārnes eorū nō fuerūt lacerate ꝛc. Per aues aūt significant demōes: vt habet Matth. xiij. In parabola seminant. Silit ꝓ bestias vt habet in pluribus sacre scripture locis. Jgit ꝓ aues ad alta volātes significantur demones de vana gl̄ia tēptantes. ꝛ ꝓ bestias de nocte circūeuntes significātur demōes de nimia carnis afflictione tentātes: sicut in collationibus patrū dicitur de abbate Johāne quē diabolꝰ iduxit ad ēmoderatū ieiunium: ꝓ q̄ ipediuit bonoꝝ actuū exercitiuz. Carnes igit se crucifigentiū coꝝ dño mō ꝑdicto nō lacerant ab auib⁹: qz sibi cauent de vanitate gl̄ie. nec a bestijs: qz sibi cauēt ab indiscretione. † Post hec factū est ꝑliū ꝛc. Hic describunt q̄tuor bella dauid ꝛ seruoꝝ eius contra aduersarios: ꝓ q̄ significāt q̄tuor bella xp̄ianoꝝ ꝓtra infideles ꝛ iniquos. Primū fuit ꝓtra ꝑncipes iudeoꝝ. Scōm ꝓtra ꝑatores romanoꝝ. Tertiū cōtra versutias hereticoꝝ in quib⁹ habuerūt victoriā ꝓ patientiā: sapiētiā ꝛ oratione miraculoꝝ. Quartū bellū erit ꝓtra antichristū ō quo victoria habebit ꝓ iesū xp̄m. Nā ipm interficiet spū oris sui ꝛ destruet illustratiōe aduentꝰ sui: vt dicitur. ij. Thes. ij.

La. XXII.

Ocutus est aūt dauid domino ꝛc. Post liberationē dauid a periculis. Hic ꝓr ponit cāticū grārūactionis. ꝛ ꝑmo ponit grārūactio ꝓ ꝑterit. secōo vaticinatio de futuris

ca. xviij. Circa primũ ꝓmittit quedã pre
facio. scdo subdit grãrũactio. ibi: Dñs
petra mea. Circa primũ dicit: Locutus
est aũt dauid verba carminis hui⁹. s. qõ
sequit postea. Et dr carmẽ. qz psalmus
iste in hebreo cõpositus ẽ metrice: z per
modũ laudis dinine. a In die qua li
berauit eum dñs tc. Ex q̃ ptz q̃ iste psal
mus fuit fact⁹ a dauid post omes psecu
tiones eius z sedat⁹ aduersarijs ipo exi
stente inquiete ꝓtemptatiõis. b Et d
manu saul. ista psecutio specialiter exp
mitur: qz fuit diuturnior alijs z pericu
losior. c Dñs petra mea. Hic ꝓfr po
nitur canticũ p grãrũactiõe: vbi primo
Ps.17. ponit cantici narratio. z scdo intenta cõ
clusio. ibi: Viuit dñs. Canticũ aũt istud
factũ fuit a dauid p sua liberatiõe a pe
riculis multis: vt ptz ex dictis: et iõ primo
exprimit dei ipm liberantis efficatia. se
cũdo sue liberatiõis materia. ibi: Saluta
tor meus. tertio modus siue forma. ibi:
Misit de excelso. Circa primũ dicit: Do
minus petra mea. i. fundamentũ me sta
biliẽs z tra multiplices impulsus.
d Et robur meũ. me fortificans cõtra
hostiles insultus. e Scutũ meũ. mu
niens me z tra hostiũ ictus. f Et cor
nu salutis mee. repellẽs z deijciẽs adũ
sarioꝝ incursus. g Saluator meus.
Hic ꝓfr exprimit materia hui⁹ liberatio
Exo.9.e nis: videlicet multa mala z picula d qui
bus liberat⁹ fuit virtute dinina. Circa
qd primo describit sua liberatio. secundo
subdit liberatio populi de egypto quasi
p exemplo. ibi: Cõmota ẽ. Circa ea que
sunt dicenda in h cantico: ꝓsideranduz
q factũ fuit metrice: vt dictũ est: z ideo
rõne metri hic ponunt aliqui modi lo
quẽdi qui nõ ponunt cõiter in oratione. p
saica: qz frequenter accipit ꝓteritum pro
ptõ vel futuro z ecõuerso: z aliqñ de fi
guratiua locutiõe trãsit ad planam z e
conuerso. Dicit igitur: Saluator meus
B de iniquitate liberabis me: id est libera
sti. Et notatur hic iniquitas dauid in fa
cto bethsabee. de qua fuit liberatus q̃
tum ad culpam per veram contritionez
et ꝓfessionem: z q̃tum ad penam p diui
Exo.10.f nam vltionẽ: vt ptz ex supradictis.
h Laudabilẽ inuo. dñm. i. dignũ omi
laude. i Et ab ini. me. sal. ero. s. ab ini
micis inuisibilib⁹ qui sũt maligni spũs
sicut iam liberatus sum ab inimicis visi
bilib⁹. k Quia circũdederũt me tc.
post mala spũalia a quib⁹ liberat⁹ fuit:
enarrat corpozalia ex psecutiõe saulis: i
hoc qd dr: Circũdederunt me. qz saul z
viri eius cingebãt dauid in modũ cozo
ne: ita q̃ dauid desperabat se posse eua
dere: vt habet. s. li. j. xviij. ca. l Tor
rentes belial. i. impet⁹ psecutiõis saul. q̃
erat absq; iugo discipline z legis dinine.
m Funes inferni. In hebreo habet:
Societates inferni. i. demões incitãtes
saulem ad me psequendũ. n Preue
nerũt me laquei mortis. s. Ziphei: z alij
insidiatores qui querebãt tempus z lo
cum quõ dauid caperet: vt habet. s. j.
li. xviij. ca. o In tribulatione mea in
uocabo dñm. i. inuocaui. p Et exau
diet de templo. i. de celo qd est templum
glie sue. q Cõmota ẽ. Hic inducit ex
emplũ de liberatiõe ppli isrl de egypto:
vt dicit Ra. Sa. quia modus fuit hebre
oꝝ in liberationibus ptic̃laribus face
re mentionẽ de liberatione egyptiaca q̃
fuit generalis toti populo: vt ptz in plu

§ anticipatio est.

a mino ꝙba carminis hui⁹ in
die qua liberauit eũ dñs de
manu omniũ inimicoꝝ su
b c oruz: et de manu saul. Et ait ‡
d dominus petra mea et ro ‡
bur meũ: z saluator me⁹. De⁹ †
e dñs fortis me⁹ sperabo i eu.
f Scutũ meũ et cornu salutis
mee: eleuator me⁹ z refugiuz
g meũ saluator me⁹: de iniqta †
h te liberabis me. Laudabilẽ
i inuocabo dñm: z ab inimicis †
k meis saluus ero. Quia circũ †
dederũt me ꝓtritiões mortis:
l torrẽtes beliab terruerũt me. ‡
m Funes inferi circũderũt me: †
n puenerũt me laquei mortis.
o In tribulatiõe mea inuocabo †
dñm: z ad deũ meũ clamabo
a § remplum dei filius dei.
p et exaudiet ꝺ templo sancto †
suo vocez meã: z clamor me
q us veniet ad aures ei⁹. Lõ ‡
a § peccatores.
mota est z contremuit terra:
a § Spes b § super.
fundamenta montium con †
cussa sunt z cõquassata: quo
a § recognouerunt iram dei.
niam iratus est eis. Ascendit r
a § compunctio penitentium.
fumus de narib⁹ eius: et ig s
a § corda hominũ inflamata a spũsancto.
nis de ore eius volauit: cãr
† bones succesi sunt ab eo: Et
a § apostolos aduentus sui nuncios misit.
b § formã serui suscepit.
inclinauit celos z descendit: t
† et caligo sub pedibus eius. v
a § plenitudinem scientie.
† Et ascẽdit sup cherubin: z vo x
a § sciam sanctoꝝ.
† lauit: et lapsus ẽ sup pẽnas
† venti. Posuit tenebras i circ/ y
† cuitu suo latibuluz: cribrans z
aquas de nubibus celorum.
† Pre fulgore in conspectu ei⁹ a
nubes: succensi sunt carbo/
a § apostolis.
† nes ignis. Tonabit de celo
dominus: et excelsus dabit
a § euangelistas.
† vocẽ suã. Misit sagittas suas b
a § miracula.
et dissipauit eos: fulgura et
‡ consumpsit eos. Et apparue c
a § manifsta/
† runt effusiones maris: et rẽ d
ta fides ecclesie.
† uelata sunt fundamenta oꝝ/
bis ab increpatiõe domini:

ribus locis sacre scripture. Dicit igitur:
Commota est z cõtremuit terra: quia p
pter plagas inflictas egypto a dño oes
habitantes terrã egypti fuerunt commo
ti z cõterriti: vt habet in Exodo. Et etiã
ad litteram inter plagas illas egypti fu
erũt facte coruscatiões z tonitrua horri
bilia: vt habet Exo. viij. ita q̃ videbat
tremere tota terra: et montiũ fundamen
ta commoueri. r Ascendit fumus de
naribus eius. loquitur de deo more ho
minis irati de cuius naribus exit fum⁹:
quia ira est accensio sanguinis circa cor.
et inde ascendunt spiritus ad superiora:
et ideo ira maxime apparet in facie: vt i
oculis z naribus. Scienduz tamẽ q̃ ira
et alie passiones in deo nõ bonẽ locũ:
nisi fm quendaz modum. Dicitur enim
deus irasci quando punit peccatores: qz
ad modum hominis irati se habet.
s Et ignis ꝺ ore eius volauit. q. ignis
et grando mixta pariter ferebant ad pu
nitionem egyptioꝝ: vt habet Exo. ix.
Et dicitur hic processisse de ore dei: quia
de volũtate et precepto eius fiebat talis
punitio. t Et inclinauit celos z descẽ
dit. non per loci mutationez sed per effe
ctus exhibitionem. scilicet ad punitionẽ
egyptioꝝ et liberationem hebreoꝝ.
v Et caligo sub pedibus eius. quia fe
cit tenebras palpabiles tribus diebus.
in egypto: vt habetur Exo. x.
x Et ascendit sup cherubin et volauit
tc. Per hoc designatur velocitas diui
ni subsidij ad liberationem populi ꝺ egy
pto: quia omnes filios israel eadem die
simul eduxit. cum tamen essent in nume
ro maximo: vt habetur Exo. xij.
y Posuit tenebras i circuitu suo. hoc
intelligitur de nube existente inter filios
israel et exercitum egyptiorum super ma
re rubrum que erat obscurissima et den
sissima ex parte egyptiorum: ita q̃ no po
terant accedere ad filios israel: vt habe
tur Exo. xiij. z Cribrãs aquas ꝺ nu
bibus celorum. quia ex densitate illius
nubis fluebant pluuie grosse ad maius
impedimentuz egyptiorum: verũtamen
quia illa nubes illuminabat noctem ex
parte filiorum israel: vt ibidem dicitur.
ideo subditur: a Pre fulgore in con
spectu ei⁹ nubes. et quia ex nube illa ge
nerata fuerũt fulgura et tonitrua quib⁹
rote curruum ferebantur in profunduz:
sicut dictum fuit ibidem. ideo subditur:
Succensi sunt carbones ignis tc.
b Misit sagittas z dissipabit eos. i. ful
gura z coruscationes quibus territi di
cerunt: Fugiamus israelẽ. dominus enim
pugnat pro eis contra nos: quia tamen
sicut ibidem dicitur: Fugientibus egy
ptijs occurrerunt aque. ideo subditur:
c Et apparuerunt effusiones maris.
egyptios submergentes.
d Et reuelata sunt fundamenta orbis.
qui superficies terre que erat in profun
do maris fuit discooperta. ita q̃ filij isra
el transierunt per medium maris: vt ha
betur Exo. xiij. Dicitur autez terra que
est sub aquis maris fundamentuz orbis
ad similitudinẽ fundamenti domus q̃
est pars inferior. Similiter terra que est
in profundo maris habet super se clemẽ
tum aque et postea aeris: et consequẽter
alias partes orbis. Consequẽter ostẽdi
tur a quo talis punitio egyptiorum fu
cta sit. cuz dicitur: Ab increpatione do
mini tc.

Misit ꝺ ex-

§ filium suum.

ab inspiratiõe spũs furoris eius. Misit a
b § ecclesiam.
a § vel celo.
de excelso et assũpsit me: et extraxit me
§ diabolo.
de aquis multis. Liberauit me ab ini/ b+
mico meo potentissimo: z ab his q̃ ode c+
rant me: quoniã robustiores me erant. d+
Preuenit me in die afflictionis meę: e+
et factus est dominꝰ firmamentuz me/ f+
a § charitatem.
um: Et eduxit me in latitudinẽ: libera/ g+
uit me quia cõplacui ei: Retribuet mi/ h+
hi dominus fm iusticiam meam: et fm
mundiciã manuum meaꝝ reddet mihi.
Quia custodiui vias dñi: et non impie
egi a deo meo. Omia enim iudicia eius i
in conspectu meo: z precepta eius non
amoui a me. Et ero perfectus cozaz eo: et k
custodiam me ab iniquitate mea. Et re l
stituet mihi dñs fm iusticiam meam: et
fm mundiciã manuũ mearũ in conspe/ m+
Ps.17. ctu oculoꝝ suorum. Cum sancto sanctꝰ n+
a § o deus. o+
eris: z cũ robusto perfectꝰ. Et cũ electo p+
a § quia ei non faues: puersus videris. q+
electus eris: et cum peruerso peruerte/ r+
a § vel humilem.
ris. Et populum pauperem saluum fa/ s
cies oculisq; tuis excelsos humiliabis.
Quia tu lucerna mea domine: et tu do t+
mine illuminabis tenebras meas. In u+
te enim curram accinctus: in deo meo v+
a § peccatorum qui est inter deum z homines. x+
transiliam murum. Deus immaculata a
via eius: eloquium dñi igne examina/ b
tum: scutum est omniũ sperantiuz in se. c
Quis est deus preter dominũ? et quis e
deus fortis preter deuz nostrum? Deꝰ f
qui accinxit me fortitudine: z cõplana/ g+
a uit perfectam viam me/ b+
am coequãs pedes me/ i+
os ceruis: et sup excelsa k+
mea statuẽs me. Docẽs
manus meas ad preliũ †
et componens quasi ar/ l
cum ereũ brachia mea.
Dedisti mihi clypeũ sa/ m
lutis tuę et mansuetudo mea multipli/ n+
cauit me. Dilatabis gressus meos sub/ o+
tus me: et non deficient tali mei. Per/
a § christus infideles electus vicia.
sequar inimicos meos et conteram: et
nõ reuertar donec consumam eos. Lõ
sumam eos et confringam vt non con/
surgant: cadent sub pedibus meis.
Accinxisti me fortitudine ad prelium: †
incuruasti resistentes mihi subtus me. p+
a § Dã: donec ponã inimicos tuos scabelluz pedũ tuoꝝ.
Inimicos meos dedisti mihi dorsum:

Ceruis. Ceruus spiritua
les viri ꝓpter
Ps.17. alacritatẽ: ve/
et.43. pres id est im/
plicamenta se/
culi transilien/
tes.

a Misit ꝺ excelso. Hic describit forma siue modus liberatiõis ipi⁹ da/
uid: q̃ modus fact⁹ est virtute dinina. z primo describit modus siue libe/
ratiõis p modũ euasiõis de manu aduersarioꝝ. scdo p modũ insecutio/
nis z destructiõis eoꝝ. ibi: Jn te enim curra accinctus. Prima ꝺuas. in
ptem ꝓncipalẽ z incidentalẽ. scda ibi: Cum sancto. Circa primũ dicitur:
b Liberauit me. s. deus sua gratia z virtute. c Ab inimico meo po/
tentissimo: id est saule. d Et ab his q̃ oderũt me. i. absalon z suis seq̃
cibus. e Qm̃ robustiores me erãt. z in h cõtext dauid se liberatũ vir
tute dinia: nõ sua. f Preuenit me i die afflictiõis mee. qz cũ desperaret
se nõ posse euadere a facie saul: vt habet. s. j. li. ca. xviij. Venit nunc⁹ ad
saul. d. Festina z veni: qm̃ philistijm infuderũt se sup terrã. qd factũ fuit
ordinatiõe diuina: vt saul omitteret psequi dauid. g Et eduxit me in
latitudinẽ: qz dauid qui a saul z viris eius erat circũdat⁹ in modũ cozo
ne vt ibidẽ dicit recedente saule liber potuit ire quo voluit. h Metri.
mi. dñs fm iu. me. tc. Ex hoc esm q̃ sauli pepcit: cũ tñ posset cũ occidere:
vt hr. s. lib. j. ca. xviij. et. xxvj. z qz absalon se psequentes saluare voluit
ne i peccato mortali morerẽt: pur dictũ fuit. s. ca. xvij. Ex misericordia
fuit dispositꝰ ad h q̃ deus esset sibi misericors z ꝓpi⁹ in dando sibi gra
tiam in pñti z gliam in futuro: fm illud Matth. v. Beati misericordes
qm̃ ipi misericordiã ꝓsequntur. i Qia enim iudicia ei⁹ in cõspectu meo.
vt cauea ab eoꝝ trãsgressiõe. k Et ero pfect⁹ cozã eo. qz ꝺ iunctiõe ad
deũ p charitatem cõsistit essentialr pfectio vite. l Et custodiã me ab
iniquitate mea. cauendo diligẽter ꝺ cetero a recidiuo. m Cũ sancto.
Hec est ps incidẽtalis: qz dauid locut⁹ fuerat de sua liberatiõe ꝓpt suaz
innocentiã: ideo hic incidentaliter ostẽdit dei misericordiã z benignita
tem generalr erga bonos: dicẽs ipi deo: Cum sancto sanct⁹ eris: qz san
ctus te sanctũ cõsitebit aquo sua sanctitas derinat. n Et cum robu
sto. ad tolerandũ aduersa patienter. o Perfectus scz eris dando si
bi gratiã tolerandi aduersa: nõ solũ patiẽter: sed etiã suscipiẽdi gaudẽter
sic martyres gaudebãt in passionibus. qd est maxime pfectiõis in virtu
te fortitudinis. p Et cum electo. ad vitã beatã ex tua liberalitate.
q Electus eris. qz eliget te omib⁹ alijs cõtemptis. r Et cum peruer
so puerter⁹. reddẽdo ei penã fm puersitatẽ suã: iuste tñ ex pte tua. Vel
aliter: Cum puerso puerteris. s. fm iudiciũ suũ erroneũ: qz hoies puersi
cum ab eo puniunt iuste: dicũt deũ cum eis puerse agere. s Et popu
lũ pauperẽ. i. abiectũ z humilẽ. t Salutẽ facies tc. qz fm qd ꝺr Jaco.
iij. Deus superbis resistit: humilib⁹ aũt dat grãm. v Quia tu lucerna
mea dñe. qd potest intelligi dupl̃r. Lucerna enim est lumẽ in testa: z iõ lu
men naturale intellect⁹ humani positum in corpore terreo bene dicit lu
cerna dñi: qz lumen naturale ratiõis ẽ quedaz impressio diuini luminis:
fm illud Ps. iij. Signatũ est sup nos lumen tc. Item deꝰ pñs homini
p grãz suã ꝺr eius lucerna: qz oĩs creatura ad deũ cõparata tenebra est.
Ideo subdit: x Et tu dñe illu. tene. meas. Pot etiã dici q̃ tenebre hic
vocanꝭ opa meritoria p peccatũ mortale supuenies extincta. que viuifi
cantur z illuminanꝭ recuperata gratia. y Jn te enim. Hic ponitur li
beratio dauid p modũ insecutiõis z destructiõis aduersarioꝝ suoꝝ. cuz
dicitur: Jn te. i. in tua virtute. z Curra accinct⁹. i. ad pliũ expedit⁹.
a Jn deo meo trã. mu. capiẽdo adũsarios intra suũ fortalitiũ. b De
us jmaculata via ei⁹. via ista ẽ lex diuina in q̃ nõ est aliq̃ jmundicia ꝓces
sa tanq̃ licita: licz aliq̃ mala fuerint ꝓmissa. ppt maiora mala euitãda: sic
libellus repudij permissus fuit in le. ve. z usura cuz extraneis: ne vrores
occiderent z ne fratres suos usuris grauarent: ꝓout dictum fuit pleni
us Deu. xviij. et. xxiij. c Eloquium dñi igne examinatũ. i. purũ z mũ
dũ: sicut metallũ in fornace ꝓbatũ. d Scutũ est oĩm tc. s. ipe deus.
e Quis deus tc. q. d. nullus: qz alij sũt dij participative. s. hoies san
cti: fm illud Ps. lxxxj. Ego dixi: dij estis. vel dij falsi: sic idola gentiũ.
f Deus qui accinxit me fortitudine. corpozali ꝓtra hostes visibiles: et
spirituali contra inuisibiles. g Et complanauit perfectam viã meaz.
auferendo offendicula corpozalia z spũalia. h Coequans pedes tc.
dando mihi agilitatem ad insequendũ hostes meos fugientes: z est locu
tio hyppolica: quia nõ habuit tantã velocitatem currendi sicut ceruus.
sicut dicit: talis mulier est albioz nive. ad designandũ excellentiaz sue al
bedinis: q̃uis nõ sit ita alba sicut niz. i Et sup excelsa mea statuens
me. i. stabiliens in regia dignitate. k Docens manus meas ad pliũ.
quia artem preliandi me docuit. l Et componẽs quasi arcum ereum
tc. i. fortitudinẽ ad hoc ꝓuenientem mihi dedit. Jn hebreo habet. Et cõ
cussus arcus ereus brachio meo: qz arcum ereũ faciliter tendebat: vt di
Ra. Sa. m Dedisti mihi clypeũ tc. q. d. fortitudo mea parũ esset nisi
adesset ꝓtectio tua. n Et mansue. tc. est enim dispositio ad hoc q̃ hõ
multiplicet i bonis tpalib⁹ z spũalib⁹: fm illud Matth. v. Bti mites qm̃
ipi possidebũt terrã. Jn heb. hr: Et mãsuetudo tua multiplicauit me: et ẽ
sensus: ex benignitate tua ꝓuenit mihi multiplicatio in bonis tpalibus
et spũalibus z ꝓole z non ex merito meo. o Dilatabis tc. Jn hebreo
habetur: Passus meos: quãdo enim pedes sunt cõiuncti ad inuicem: tũc
homo est dispositus ad cadendum: sed quãdo sunt ꝓuenienter elongati:
tũc stat firmi⁹. Per hãc igitur similitudinẽ intelligit q̃ firmitas in sta
tu regio inerat ipi dauid a deo. Cetera patẽt ex dictis vsq; ibi: p Jni
micos meos dedisti mihi dor. i. vertẽtes dorsum cozã me fugiendo.

q § Clamabũt

a Clamabūt ad idola. b Et nō erit qui sal.qz ī eis nulla virtus est saluādi. Al' alit'.Clamabūt.iuocādo auxiliū hūanū.ꝛ nō erat q̄ audeat iuuare. c Ad dūm.Couertent se humano auxilio deficiēte. d Et nō exau.eos.qz tal' clamor p̄cedit ex seruili timore. e Saluabis me.i.saluasti. f A cō

tradictionibus ppli mei.i.in rebellione ppli mei ꝟtra me excitata p̄ sība filium boch:ꝟ: vt dictū ē.s.xx.ca. g Custodies me in ca.gē.i.in statu regni.

h Ppls quē ignoꝛ.fuiet mihi.Quia philistei:āmonite ꝛ moabite ꝛ idumei seruiebāt ei sub tributo:ꝟ vt ptz ex p̄dictis ca.viij.ꝛ.xij. q̄ tñ erāt gentiles ꝛ idolatre:ꝛ sic erāt ignoti ipī dauid notitia approbatiōis. i Filij alieni resistent mihi.i.illi qui deberēt esse filij mei.p malitiā suam alienati restiterūt mihi: vt patuit.s.in rebellione absalon ꝛ aliorū existētiū cū eo:qui tū debebāt obedire dauid sicut patri. k Auditu au.obe.mihi.i.simulatozie ꝛ nō vere: qz absalon ꝛ sui sequaces qui simulabāt se dauid obedientes:de facto fuerūt rebelles. l Filij alie.defluxe.qz debellati fuerūt:ꝛ mozuo absalō fugert vt dictū est.s.xviij. m Et ꝟtrahent ī angustijs suis.Ip hebꝛeo hꝫ:In clausuris suis: qz siba cū fautozib⁹ suis p̄ timoꝛe reclusit se in abela:ꝟbi fuit decapitatus:ꝟ vt dictū est.s.xx. n Ait dñs.Hic ponit hui⁹ cātici intentā cōclusio:videlicet diuini nominis magnificatio p̄ dictis hūficijs.ꝛ hē q̄ dicit: Viuit dñs:qz est ipa vita p̄ essentiā.ꝛ oīa viuūt ī eo.fm q̄ ꝺr Jobis.j. Ps.17. Rom.1.b Q̄ factū ē (.s. oīs creatura) in ep̄o ꝟtra vita erat.qz creatura anteq̄ creet nō est nisi ipa creatrix essentia:que ē idez q̄ intelligere diuinū sine intelligentia diuina.ꝛ qz intelligere est sup̄m gradus vite:ꝟ vt habet.ij.de aīa:ꝛ de⁹ solus vnico actu intelligēdi p̄fecte se cōp̄hendit ꝛ oīa:q̄ quidē act⁹ est sempiternus.ideo dicit ps. xij. Metaphysice. Qz de⁹ viuit vita nobilissima sempiterna ꝛ optia. o Et bñdict⁹ ex bñfi. mihi collat'. p Et exaltabit'. nō i se cū sit magnitudīs infinite:sed in creaturis ip̄m laudātib⁹. q Deus qui das vin.mihi ꝛc.vt patet ex p̄cedētib⁹:.p̄t q̄ cōcludit: r Propterea cōfi.ti.do.in psalmis laudis tue. s In gentib⁹.qz psalmi facti a dauid deriuati sūt ad gētes cōuersas ad fidē xp̄i in diuersis ptibus oꝛbis. t Magnificās.re.sui.i.mei q̄ sum cōstitut⁹ rex ab eo. v Et faciēs miseri. xp̄o suo dauid:q̄ de mādato dei vnct⁹ fuit a Samuele:ꝟ habet.ꝛ.j.libꝛo.xvj.ca. x Et semini ei⁹ vsq̄ in sem. Quia filij dauid regnauerūt vsq̄ ad captionē babylonicā:ꝛ post reuersionē de babylone Zozobabel q̄ descendit de dauid habuit ducatū sup̄ pplm:ꝛ alij cōr de tribu dauid vsq̄ ad beatā illā ingenā sub quo nat⁹ est xp̄s de semīe dauid fm carnē:cui⁹ regnū ꝛ imperiū manet in scla scloꝝ amē:Et ista fuerūt diffusi⁹ tractata Heū.xlix. ꝛ Matth.ij.ꝛ ī quadā q̄stiōe de quolibet quā de hac materia diffusius disputaui. La. XXII

Mozaliter

minis hui⁹ ꝛc.Dauid figura xp̄i fuit. ꝓpter q̄ xp̄s dauid nominat Osee.iij. vbi dicit: Et querēt dūm deū suū ꝛ dauid regē suū. Et trāslatio chaldaica sic habz Et obedient dō messie suo. Ppop̄ē q̄ iste ps. exponit mystice de xp̄o hoīe q̄ liberat⁹ fuit ab aduersarijs suis in sua resurrectiōe. ꝓp̄t q̄ tūc dixit Matth.vi. Data est mihi oīs ptās ī celo ꝛ in terra.igitur in ei⁹ psona ꝺr: † Dñs petra mea.i.fūda mentū meū.nā hūana xp̄i natura in diuīo supposito sustētabatur. † Et robur meū. Nā opa miraculosa fecit virtute diuīa † Et saluatoꝛ me⁹ de⁹ me⁹ ꝛc.Hec xba sūt xp̄i fm q̄ hō. sic enī minoꝛ est p̄ꝛe ꝛ fm ħ ꝺr:pater ꝛ saluatoꝛ ei⁹ ꝛ deus ei⁹ .et ħ modo exponāt in sequētib⁹ in q̄bus est talis loquēdi mod⁹.

i De iniq̄tate liberabis me.i.de manib⁹ iudeoꝝ q̄ dicunt ħ iniquitas in abstracto. ꝓpter excessū malignitat' eoꝝ. † Circūdederūt me ꝓtri.ꝛc. In angustia mee passiōis. † Dixerūtes odiētes me:ꝛ dispdā eos. Clamabūt et nō erit q̄ saluet:ad dūm et nō exaudiet eos. Delebo eos vt puluerē terre:q̄si lutū plateaꝝ cō minuā eos atq̄ cōfrigā. Salua/

a ℣ iudeozū.

bis me a ꝓtradictionib⁹ ppli mei custodies me in caput gētiū. Ꝑpulus quez ignoꝛo seruiet mihi:

a ℣ iudei ex parte diabolo nati.

filij ālieni resistēt mihi:auditu auris obedient mihi. Filij alieni defluxerūt:ꝛ ꝟtrahent in angustijs suis. Viuit dñs ꝛ benedict⁹ de⁹ meus:ꝛ exaltabitur deus fortis salutis mee. Deus qui das vindictas mihi:ꝛ deꝝcis populos sub me. Qui educis me ab inimicis meis:ꝛ a resistentib⁹ mihi eleuas

a ℣ diabolo. b ℣ ecclesiā meam.

me:a viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi dñe in gentibus:ꝛ nomini tuo cantabo Magnificās salutes regis sui:ꝛ

a ℣ Saluatori.

faciens misericordiaz christo suo

a ℣ electis.

dauid:et semini ei⁹ vsq̄ in sempiternum.

a Nouissima.Rab.Quia vltimā ꝓfessiōis laudē significāt:quā supato hoste ꝛ pacta victoria mort' sancti cantabūt in eternū. b Egregi⁹ psaltes. Quia luculentissime de christo dei:ꝛ de incarnatiōe ei⁹ ac redemptiōe hūani gener'.ꝓberauit. c Jn tioꝛe dei. Jn tioꝛe dñationē ī illuminata.ꝓfer:nec in eis aliq̄d obscurū remanet:ꝑ imbꝛe celestis gratie. irrigat⁹ germina virtutū in carne viuens fructificat.

Nico.de lyra

rū accint⁹. in actiue vite opib⁹ ħ Et in deo meo trāsiliaz murꝝ.i.tentatiōis impedimētū. † Eloquiū dñi igne examinatū.qz nō bz aliq̄d ꝑpuritatis vt falsitat' admixtū. † Scutū est oīm sperātiū in se.cōtra inuasiones potestatis maligne. † Et cōplanauit perfectā viā meā.oīa offēdicula auferēdo. Cocquās pedes meos ceruis.dās mihi ꝑmptitudinē volūtatis ad currendū p⁹ tp̄m in bonis. † Et sup̄ excelsa sua statuēs me.i.me firmā do in ꝓsilioꝝ obfuatiōe. † Docēs manꝰ meas.i.opatiōes meas. † Ad plūm. cōtra incentiua vicioꝝ. † Et māsuetudo tua multiplicauit me. scz merito/rie ꝛ dispositiue. Nam māsuetudo est q̄dā tractabilitas mentis ad oīne bonū. † Dilatabis gressus meos ꝛc.ad ambulādū sine casu ī via mozū. † Persequar inimicos meos.i.vicia ꝛ diabolos. † Jncuruasti resistētes mihi.i.mor⁹ sensualitat' inclinādo sub obedientia rationis † Potest ꝛ ħ alit̄ exponi de impugnatozib⁹ ecclie q̄ facti sūt ei obedientes vt saulus ꝛ ꝓsiles. † Jnimicos meos dedisti mihi dorsum.i.obstinatos ī iudaismo q̄ fugati sūt ꝛ dispsi p mundū. † Quasi lutū plateaꝝ cōminuā eos. qz ꝓpti/biles sunt omib⁹ alijs gentib⁹. † Saluabis me a cōtradictionibus ppli.qz ꝓtra ecclīaz nō audēt modo loqui. † Ꝑpulus quē ignoꝛo fuiet mihi.qz gentiles q̄ a deo videbantur ignoꝛati:eo q̄ erāt in idolatria derelicti denote seruiūt in ecclesia xp̄i. † Filij alieni resistet mihi.i.iudei a veritate alieni ꝝtum potuerūt restiterūt ecclesie christi. † Auditu auris obediēt mihi.et nō auditu cordis qđ ꝺr ꝓpter illos qui ficte ꝙuertunt̄ de iudaismo. ꝓpter qđ subdit: † Filij alieni defluxerūt.a via veritat'. † Et ꝟtrahent ī angustijs suis.ī gehenne penis. † Viuit dñs ꝛc. Hec sūt verba cuiuslibet membri xp̄o vniti p gram. † Deus fort' salutis mee.ad me ꝓtegendū ab impulsu oīs potestatis aduersarie. † Deus qui das vindictas mihi.cōtra mundū carnē diabolum.

† Deꝺcis populos sub me: id est motus meos interiores ꝛ exteriores subijciens rōni recte. Qui educis me ab inimicis meis.scz mūdo:diabolo:carne. † A viro iniq̄ liberabis. scz ab antichristo q̄ erit iniquissim⁹. † Propterea ꝙfiteboꝛ tibi ꝛc.gras agēdo magnifice de beneficijs supradictis.

b Ec aūt sūt. Posita gr̄arū actiōe ꝺ ꝑte/rit'.Hic ꝙr describit ꝓphetia dauid de ꝑmiatiōe bonoꝝ.scdo ꝺ punitiōe malоꝝ.ibi: Prevaricatores aūt. Circa primū primo ostendit excellentia ꝓphetie dauid verbo.secūdo exemplo.ibi: Sicut luxꝝ auroꝛe. Circa primū sciendū q̄ excellentia ꝓphetie maxime accipit ex duobus.s. ex materia revelata ꝛ ex modo revelatiōis.primo ergo ostendit excellentia ꝓphetie dauid ex primo.scdo ex scdo.ibi: Spiritus domini. Circa primū sciendū q̄ ꝝtro aliquod futurū est excellēti⁹: tanto revelatio facta de illo sive ꝓphetia est excellētioꝝ: quia cognitio nobilitatē sortit ex obiecto:ꝟ habet.j. de aīa. Ꝑ/aūt ve.te.illud qđ fuit futurū excellentissimū fuit incarnationis mysterium:qđ fuit revelatū ipī dauid nō solum ꝝtum ad futuritionis certitudinē: sed etiā ꝝtum ad eius ꝙgenie: videlicet q̄ Christ⁹ de semine suo esset nasciturꝰ:ꝛ q̄ eū mundus cēt saluādus: sic dauid a ꝓsecutiōib⁹ inimicoꝝ suoꝝ fuerat virtute diuina saluatus.ꝛ hoc est qđ dicit: Hec aūt sunt verba nouissima.ꝛ ideo p̄ ceteris memoꝛiter retinēda: fm q̄ dicit Hzego.omel.xix. Jdcirco dominꝰ tūc discipulos increpa/

uit cum eos corpaliter reliquit: vt verba q̄ recedens diceret: arti⁹ in coꝛda audiētiū ipzessa remanerēt. b Dixit vir.i.dauid. c Cui ꝓstitutū ē.i.firmiter ꝓmissuz absq̄ retractatiōe. d De christo dei iacob.i.de xp̄o qui ē iacob spūsancto inspiratus predixit venturū ad salutem hoim:fm q̄ dicit. Heū.xlix. Nō auferet sceptrū de iuda:ꝛ dux de femoꝛe eius:donec veniat qui mittendus est:ꝛ ipse erit expectatio gentium tanq̄ saluatoꝛ earꝝ. Ubi notandū ē q̄ translatio chaldaica habet:donec veniat messias.i. christus grece: et vnct⁹ latine.que quidem ꝓphetia fuit ipleta in dño nr̄o iesu christo vncto p̄ ceteris plenitudīe gratie:vt hꝫ Job.j. Viderunt eū quasi vnigenitū a p̄re plenū gratie ꝛ veritat'.qz natus fuit de Vgine tpe herodis regis sub q̄ fuit trāslatum sceptrum regni ad alienigenā: vt dictū est ca. p̄cedēti:qz pater eius fuit idumeus:vt alit̄ est diffusius declarātum. e Egregius psaltes isrl'.qz cātica que cantabant̄ in templo erāt de psalmis dauid. f Spirit⁹ dñi. Hic ostendit excellentia ꝓphetie dauid ex modo revelationis sibi facte. Circa q̄ sciendū q̄ licz revelatio ꝓphetica fiat multis modis vt pleni⁹ declarauī sup Danielē ꝛ sup libꝝ Psalmoꝝ: tñ duo modi sunt magⁱ generales q̄s accipio ꝝtum ad pñs. vnus est q̄n mēti ꝓphete fit revelatio alicui⁹ futuri sup̄naturalis

La. XXIII

a Dēcaūt a ℣ qz hanc laudem dauid in articulo mortis dño devote cantauit.

a b sūt verba nouissima q̄ dixit dauid filius isai. Dixit vir cui cōstitutū ē de xp̄o dei iacob: a ℣ als psalmista. ℣ sanctus.

b egregi⁹ psaltes isrl'.Spūs dñi locut⁹ a ℣ filius.

est mihi dominator iust⁹: dñator in timoꝛe dei. Sic a ℣ ecclie. b ℣ resurgere xp̄o a mortuis. c ℣ in

lux aūroꝝ oꝛiēte sole mane ābs/ fidelitat'. a ℣ miraculis. b ℣ p̄ze/

q̄ nubibus rūtilat: et sicut plū/ dicatione. a ℣ vir infidelis de ecclesia.

uijs germinat herba de terra.

lic cogniti:ꝛ cū ħ ī xtute imaginatiua ꝙphe xtute diuīa forma tur aliq̄ visio imaginaria ī q̄ tāq̄ ī speclo intellectual:sic ī cognitiōe naturali cognitio q̄ditatiua inspicit in fantasmatib⁹ ī virtute imaginatiua formatis fm q̄ dicit ps⁹ tij. de anima. Intelligentib⁹ nobis necesse est fantasmata speculari.ꝛ hoc modo Hieremias ꝓpheta vidit destructionē ciuitatis hierusalē futurā p̄ intellectum in visione imaginaria olle succense ꝛ virge vigilātis: vt habet Hiere.j. Alio mō fit revelatio veritatis supernaturalis absq̄ tali visiōe imaginaria.ꝛ iste modus ꝓphetie altioꝝ est p̄mo:sicut melioris intellectus iudicat ille in cognitiōe naturali q̄ veritatē ītelligibilez sibi ꝓpositā statim capit absq̄ exēplo ad ħ manuductiuo:q̄s ille q̄ nō pōt eā capere nisi sibi ꝓponat exemplū sensibile manuductiuū.ꝛ sic ille ꝙclusiones ḡometricas ītelligeret absq̄ descriptiōe alicui⁹ figure:q̄s ille q̄ nō posset ħ capere absq̄ tali descriptiōe. Isto aūt scdo mō fuit cognitio ꝓphetica ipī ꝺ: vt hꝫ ī plogo sup Psalmista.ꝛ ħ ē qđ ꝺr:Spūs dñi lo.ē p me.i. spūali visiōe instruit me absq̄ visiōe imaginaria. g Et ser. ei⁹ p lin.meā. qz nō solū illuminauit ītellectū meū ad intelligēdū:fi etiā linguā meā speciali mō direxit ad loq̄ndū:qz ꝓphetias suas locut⁹ ē p modū laudis diuīe mag⁹ q̄s alij ꝓphete. h Dixit.s.dauid. i De isrl' mihi lo.ē.licet enī sit de⁹ oīm generalr:tñ ꝺr de⁹ isrl p verā fidē ꝛ cultū latrie specialr. k Fortis isrl.i.ad ꝓtectionē isrl:sic patuit ī eductiōe isrl ꝺ egypto in signis mirabilib⁹. l Dñator hoiu.reddēs vnicuiq⁹ fm ꝓpria merita. m Dñator ī ti.dei.qz a subdit' suis vult timeri timoꝛe filiali:nō timoꝛe fuili. n Sic lux. Hic inducit exempla ad p̄dicta.ꝛ p̄mo ad vltimū dictū.s.ꝺ ꝓphetia ꝛ visione spūali absq̄ imaginaria. Ad cui⁹ intellectū sciēduz q̄ sol dupliciter videt. vno mō tectus aliqua nubecula. Alio modo in sua claritate sine tali nube:ꝛ certū ē q̄ ille ē acutior⁹ visus qui potest eum videre sine tali nube: q̄s ille qui nō pōt videre absq̄ nube excessum claritat' solis suo visui ꝓtemperāte:ꝛ iō istud ꝑ exemplo inducit ad ostēdendū excellentiā ꝑ ꝓphetie dauid q̄ fuit sine imaginib⁹:ꝟ p̄dictū est:q̄ sunt quasi quedā nubes ꝓtempantes veritatē intelligibilē debilitati intellect⁹ hūani:ꝟ vt ptz ex p̄dictis.ꝛ ħ est qđ ꝺr: o Absq̄ nubilo rutilat.i.absq̄ imaginibus visione intellectuali me illustrat. Scdo inducit exemplū ad aliud dictū.s.de revelatione facta ipsi dauid de christo nascituro de semine suo: quod factuz est ex divina liberalitate:ꝛ nō merito humano.et hoc est qđ dicitur in exemplo. p Et sicut pluuijs ꝛc. terra enim que de se est arida non habet aptitudinē ad ꝓferendum herbam: ħ cū ꝓfert ex humoꝛe pluuie desup descendētis. Sic christus natus est de beata virgine perfusa plenitudine gratie. fm illud Esa.xlv. Rozate celi desuper et nubes pluant iustum:aperiat̄ terra et germinet saluatoꝛem. vnde subditur:

Hec tanta

a Hec est quicq̃ ex eo quod non germinet Raba. Qui in lege dñi meditat die ac nocte fit tanq̃ lignū qđ plātatū in / xta aquas dat fructū suū i tẽ / pore suo: et omnia q̃cunq̃ faciet / prosperabuntur. b Et si quis tangere voluerit eas ar / mabitur ferro et lig. tẽ. Qui scz cōmunicās peccat alienis / ꝓpter cordis sui duriciaz im / quitatū pōdere p̄mūt: et iacul / petōr cōfodit: eiusq̃ opa eter / nis ignib⁹ digna: ad nihilū re / digent. c Hec sūt nomia. Jisd. Texit catholog⁹ viroꝝ / fortiū i figura sctōr: q̃ q̃nis / virtutū sublimitate ꝓficiant: / tñ vsq̃ ad excellētiā diuine tri / nitatis non attingūt. Hoc est / enim quod scriptum est: vsq̃ / ad tres primos non peruenit. / Quis enī in nubibus equabi / tur dño: aut similis erit dño i / filijs dei? d Fortium da / nid. De his fortib⁹ ait Jose / phus. Primus omniū erat eu / sebius filius achimee: qui ac / em hostiū frequenter irrūpēs / nō cessauit donec nōgētos oc / cideret. Post hūc erat eleaçar / filius dodi: qui cū rege fuerat / in sarpha. Hic israelitis formi / dantibus palestinoꝝ exercitū / et fugientibus solus restitit: et / multos occidit vt sanguīe oc / cisorum gladius ei⁹ hereret in / dextera. Jsraelite vero viden / tes palestinos in fugam con / uersos: descēdentes de monti / bus p̄secuti sunt eos: et puenit / israelē famosa victoria. Ter / tius fuit semeias filius⁹ heli: q̃ i / loco maxille cū hebrei fugerēt / exercitus palestinoꝝ sol⁹ poz / tauit alios ꝓsternēs: alios in / fugam conuertēs.

B e Ipse ē. Ra. Virga ɔ radice / iesse absq̃ nuptiali ope florem / ꝓtulit: q̃ de vno homīe typuz / gentiū p̄figūrēt: vno ipetu. i. f / monis imperio: legionē expu / lit demonū. f Tenerrimus / ligni ver. Ra. Virtus viri bel / lica et modesta signat: qz sicut / vermiculus ligni tener q̃dē et / fragilis et modic⁹ apparet: fo / tissimū tñ lignū terebrat et ꝑsu / mit (vnde a terēdo teredinis / nomē accepit) sic ille domi oi / bus affabilis quietus et humi / lis: in certamine publico ro / bustum se et intollerabilez ho / stibus exhibebat. Hunc tamē / principem fortium hebreus si / spicat eē dō de quo dicitur: se / dēs i cathedra sapientissimus / tē. cui⁹ sapiētia ostendit in sa / pientissimo: humilitas in ver / miculi exemplo: in interfectio / ne octingētoꝝ fortitudo.

g Semma. audiens.

h Agge. meditans siue lo / quens.

i Ararites. Montanus qui / gestat personam christi siue p / dicatorum eius.

Hec tāta ē dom⁹ mea apud deū: vt pactum ęternū ītret mecū firmū i oib⁹ atq̃ munitū. Lun a ſ i ei⁹ prāte cōsistit. cta enī sāl⁹ mea et / ois volūtas: nec ē quicq̃ ex eo qđ nō a ſ ois arbor q̃ nō facit fru / ctū bonum eradicabit et in / ignē mittetur.

germiet. Preuāri / catores aūt q̃si spi a ſ specialit̃ iudi et hereticī ō / terra viuentiū eunūsi: eter / no incendio eraduntur. ne euellenē vniū / si: q̃ ñ tollūtur ma / nib⁹. Et si q̃s tāge / re voluerit eas ar / mabitur ferro et li / gno lāceato: igne / q̃ succēse cōburēt / vsq̃ ad nihilū. Hec / noia fortiū dauid Dauid sedēs i ca / thedra sapientissi / a ſ ielbaan filij⁹ achomoi / nitis in Paral. legit. mus: p̄ncēps iter / tres. Ipe est q̃si te a ſ q̃ ait ego sū ꝑmus et nō / homo tē. nerrim⁹ ligni vēr / a ſ in Paral. ccc. sed qđ / ibi min⁹ hr̄ ɔ supplet̃ur. micul⁹: q̃ octīgēn / tos iterfecit ipetu / vno. Post hūc ele a ſ dauid. açar filij⁹ patrui ei⁹ / aboites inter tres / fortes q̃ erāt cū da / uid: q̃n exprobra / uerūt philistīm et a ſ in Paral. in aphec dñi / cōgrēgati sūt illuc / i p̄liū. Cūq̃ ascēdis / sent filij israel ipse / stetit et pcussit phi / listeos: donec de / ficeret man⁹ ei⁹: et / obrigesceret cum / gladio. Fecitq̃ do / minus salutē ma / gnā i die illa: et po / pul⁹ q̃ fugerat reū / sus ē ad cęlos spo / lia ōtrahēda. Et p⁹ / hunc semma filius agge de arari.

a Hec tanta est domus mea apud deum tē. id est tāt merit. / b Et pactum eternū intret mecū firmum in omnib⁹ tē. De christo nascituro de domo mea cui⁹ regnū stabit in eternū: ꝑm q̃ ꝓ Jsa. ix. Sup soliū dauid et sup regnū ei⁹ sedebit vt confirmet illud et / coroboret in iudicio et iustitia āmodo et vsq̃ in sempiternū. Zelus / subdit: c Cūcta enī salus mea supple deꝑdet et expectat ab / eo. d Et ois vo. mea. i. oīne desiderium meum supplebit dñs in ꝑsona / et est modus loquēdi q̃ apud hebreos vocat decurtat⁹. i. q̃n loquens / nō exprimit totū cōceptū suū: qđ maxime ꝓtingit q̃n loquit ex ꝓ / cessu deuotiōis: sicut erat in ꝓposito. e Hec est quicq̃ ex ea qđ / nō germinet. qđ fit q̃n ex volūtate nihil ꝑcedit deliberāte qđ non / ordinet in deū: fz q̃ dic apls. i. ad Cor. x. Dia in gliaz dei facite / et in statu tali erat dauid in fine vite sue q̃n dixit ista verba.

f Spinaricatores autem quasi spine euellentur vniuersi. Hic / ponitur prophetia dauid de punitione malorum. et primo ꝗnz / ad penam temporalem. cum dicitur: Prenaricatores aūt tē. et / Triplet⁹ fuit q̃n iudei p Titū et Vespasianū ꝓpt ꝑuarication⁹ / in xpm fuerūt de terra isrl exuli. g Que nō tol. ma. qz corre / ctionē xpi et apl⁹ mānsuetā nō recepēr⁹: cōtra eos insurrexēr⁹: / et ideo missa est correctio dura romanoꝝ q̃ notat cū dr: b Et si / quis rāgere tē. Quia romani venēr sup iudeos cū exercitu ma / gno et bene armato. i Ignea succense. Quia romani cōbusse / rūt ciuitatē et templū et magnā ptē ppli ibidē existētē. scdo tāgitur / pena eterna. cū subdit: k Cōburenē vsq̃ ad nihilū: qz mortal / in infidelitate descēderūt ad ignē gehēne. Pōt etiā ꝑ intelligi ō / punitiōe malorū in generali in iudicio extremo. l Hec nomia. / Hic ponit catholog⁹ fortiū dauid. et primo exprimit nomia aliqꝝ / valde notabiliū. scdo aliq̃ magis cōum ibi: Habet. Circa pri / mū sciendū q̃ aliter exprimunt hic et. i. Paral. xi. et aliqua ibi ex / primunt q̃ hic tacent et ecōuerso: et aliq̃ hic tacent q̃ sufficienter exꝑssa. et oīa ista sūt cōsideranda ad intelligēdū istū cathe / logū. Sciēdū igit q̃ in vniuersali fuerūt. xxix. cōputatis dño / ge et ioab ꝓncipe militie: et ꝓter istos duos fuerūt. xxvii. vt con / cludit in fine hui⁹ ca. quoꝝ septē fuerūt valde notabiles: quoꝝ / tres primi dicunt robustissimi: qz q̃libet eoꝝ debellauit q̃s vnoꝝ / exercitū. et ꝓmus de illis trib⁹ fuit Jesbaā. de q̃ hr̄. i. Para. xi. ꝗ / cūdus fuit Eleaçar filius ahoy. tertius⁹ fuit Semma filius agge de q̃ / bus habet in hoc ca. Post istos fuerūt tres alij valde fortes: / rū q̃libet interfecit vnū gigātē. et ꝓmus istoꝝ fuit Abisai frat ioab / q̃ interfecit ielbidenob. secūd⁹ Sobochai: q̃ iterfecit ꝗarb. tertius⁹ / Jonathā filius sammaa fratris dō q̃ iterfecit illū gigātē q̃ habebat / senos digitos in manib⁹ et pedib⁹: et de istis trib⁹ dictū est. ꝗ. ca. / xxi. Post istos tres fuit Banaias filius ioiade: ō quo agit in hoc / ca. qui fuit valde fortis. et ideo singulariē nominat post seꝑtem / dentes: et ante. xxx. sequētes. Istis visis descēdamus ad litteraz. / m Dauid sedens tē. Plus enī cōmendatur de sapientia q̃ de / fortitudine. qz Prouerb. vi. ɔ: Melior est sapientia q̃ vires. / n Princeps inter tres. i. excellentior in fortitudine q̃s tres pri / mi qui vocati sunt robustissimi. o Ipse est quasi tenerrimus / tē. Quia licet iste vermiculus in se sit mollissimus: tamen ꝑforat / lignū durū. sic dauid in se mansuetissimus et mitissim⁹: cōtra hos / stes rebellātes fuit fortissim⁹. p Qui octīgētos interfecit in / ꝑcu suo. Quod nō est intelligendū sic q̃ omnes interfecerit ꝑ / ꝑia manu. sed quia per eius probitatem fuerunt principaliter occi / si. Vel quia fugientes eū ꝓ timore aliq̃ ceciderūt in aquā vel lo / ca ruinosa vbi fuerunt mortui. et sm istā expositionē dō opus / tet dicere q̃ iesbaan hic non nominat: quia ꝰmediate subditur: / Post hūc Eleaçar filius⁹ patrui eius tē. In aliquibus autē libris / hebraicis et latinis fit hic punctus. Dauid sedens in cathedra / sapientissimus. et quod sequitur: Princeps inter tres. Intelligi / tur de iesbaan: qui fuit primus inter tres robustissimos: vt dictū / est. Ipse est quasi tenerrimus tē. id est valde dulcis et amicabil / erga suos: et durus cōtra aduersarios. Qui octingentos inter / fecit. i. Paral. xi. dicitur q̃ ipse leuauit hastā suā sup. ccc. vulne / ratos. Dicendū q̃ hic narratur vna de victoriis suis et maior: et / ibi alia et minor. vnde ibidē dicitur: Leuauit hastam suam super / ccc. vulneratos vna vice. per hoc denotans aliam eius victoriā / q̃ Post hunc eleaçar filius patrui ei⁹ aboites tē. De bul⁹ pe / bitate subditur: Ipse sterit in bello socijs suis retrocedentibus: / vt patet ex sequentibus. r Donec deficeret manus eius et ob / rigesceret cū gladio. Ex labore et sanguine aduersariorū ad ma / num eius decurrente. s Fecitq̃ dñs salutē magnaz in die il / la tē. Per eius probitatem. vnde subditur: t Et populus q̃ / fugerat. de eius societate. v Reuersus est. scilicet ad predaz / animatus probitate ipsius: et sic patet q̃ per eum debellatus fu / it exercitus aduersariorum. x Ad cesorum spolia detrahen / da. Habita perfecta victoria. y Et post hunc semma filius agge de arari. De cuius probitate subditur:

Sterit

